b) acc. c. inf.: ut . . . (Sequani Haeduos) publice iurare cogerent nihil se ⟨esse *M*⟩ contra Sequanos consilii inituros: VI 12,4; postulat ⟨*c*⟩, ut iurent ⟨uenirent *af*⟩ omnes se exercitum ducesque non deserturos neque prodituros neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. princeps in haec uerba iurat ipse: 1,76, 2; si uterque in contione statim iurauisset se triduo proximo exercitum dimissurum: 3,10,9; Labienus procedit iuratque se eum non deserturum eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset. hoc idem reliqui iurant legati: 3,13,3; haec cum dixisset (Labienus), iurauit se nisi uictorem in castra non reuersurum, reliquosque ut idem facerent hortatus est: 3,87,6.

ius. A. = quod legibus aut consuetudine sanctum, concessum est; a) subi.: ius esse belli, ut, qui uicissent, iis, quos uicissent, quem ad modum uellent imperarent: I 36,1; plerique . . . sese ⟨*c*⟩ in seruitutem dicant nobilibus, *quibus* in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in seruos: VI 13,3.

b) obi.: quae (finitima Gallia) in prouinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur seruitute: VII 77,16; in se iura magistratuum commutari, ne ex praetura et consulatu, ut semper, sed ⟨*c*⟩ per paucos . . . electi in prouincias mittantur: 1,85,9; ¶ quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur: III 16,4; ¶ principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controuersiasque minuunt: VI 23,5; qui *his* temporibus clementer et moderate ius ⟨mode-

rata eius ϰ⟩ dicendum existimabat: 3, 20, 2; ¶ cum ciuitas ob eam rem incitata armis ius suum exsequi conaretur: I 4, 3; ¶ suaque esse eius modi imperia, ut non minus haberet iuris in se multitudo quam ipse in multitudinem: V 27, 3; ¶ omnia diuina humanaque iura ⟨*del. Grut.*⟩ permiscentur: 1, 6, 8; ¶ neque his petentibus ius redditur: VI 13, 7; — quibus ⟨*e*⟩ ille ⟨*e*⟩ pro meritis ciuitatem eius immunem esse iusserat, iura legesque reddiderat: VII 76, 1; ¶ iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: VII 77, 14; nec tribunis plebis sui periculi deprecandi neque etiam extremi iuris [intercessione] retinendi, quod L. Sulla reliquerat ⟨*u. CC*⟩, facultas tribuitur: 1, 5, 1; ¶ eos neque conloquii neque indutiarum iura seruasse: 1, 85, 3.

c) genet.: quos . . postea in parem ⟨partem *codd.*⟩ iuris libertatisque condicionem ⟨*a;* conditione *αh*⟩ atque ipsi erant receperunt: I 28, 5; ¶ minus iuris: V 27, 3 *u.* **b)** habere.

d) abl.: si ipse populo Romano non praescriberet, quem ad modum suo iure uteretur: I 36, 2; qui (Suessiones) eodem iure et ⟨*om. fh*⟩ isdem legibus utantur, unum imperium ⟨*e*⟩ unumque ⟨*e*⟩ magistratum cum ipsis habeant: II 3, 5; ¶ stipendium (se) capere iure belli, quod uictores uictis imponere consuerint: I 44, 2; — suo beneficio conseruatos . ., quos iure belli interficere potuisset: VII 41, 1; ¶ sibi placere regem Ptolomaeum atque . . . Cleopatram . . . de controuersiis iure apud se potius quam inter se armis disceptare: 3, 107, 2.

e) c. praep.: ne quid de iure aut de legibus ⟨de legibus aut iure β⟩ eorum deminuisse uideretur: VII 33, 2; ¶ cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem ⟨disceptatum *R. Steph.*⟩ quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5.

non oportere se a populo Romano in suo iure impediri: I 36, 2; ¶ nos esse iniquos, quod ⟨*e*⟩ in suo iure se interpellaremus: I 44, 8.

quod ne facias pro iure nostrae amicitiae a te peto: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1.

B. = iudicium: quascumque postea controuersias inter se milites habuerunt, sua sponte ad Caesarem in ius ⟨in ius *Guilielmus;* intus ϰ⟩ adierunt ⟨ad Caes. euntes adferunt *Hartϰ*⟩: 1, 87, 2.

[**Falso:** completur urbs † et ius comitium: 1, 3, 3; relicto monte uniuersi † iuris eius Larisam uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2.]

ius iurandum. A. obl.: tirones . . . iure iurando accepto nihil iis ⟨*e*⟩ nocituros hostes se Otacilio dediderunt: 3, 28, 4; ¶ alqm ius iurandum adigere: VII 67, 1 *u.* **C.** adigere; princeps in haec uerba iurat ipse; idem ⟨iurat. ipse idem *Oahl*⟩ ius iurandum adigit ⟨adiit *l*⟩ Afranium; subsequuntur ⟨adigit. afranium subseq. *Oah*⟩ tribuni militum centurionesque: 1, 76, 3; prouinciam omnem in sua et Pompei uerba ius iurandum adigebat: 2, 18, 5; ¶ inter se fidem et ius iurandum dant: I 3, 8; dato iure iurando ab omnibus, qui aderant, . . . ab concilio ⟨*e*⟩ disceditur: VII 2, 3; ¶ fidem reliquis interponere, ius iurandum ⟨ius iur. *del. Eussner*⟩ poscere, ut quod esse ex usu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent: V 6, 6.

B. genet.: crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5; qui omnes . . . contra religionem iuris iurandi in eius conspectu ⟨*e*⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4.

C. abl.: probata re atque omnibus iure iurando ⟨ad iusiurandum β; ius iurandum *Ciacc.*⟩ adactis: VII 67, 1; ¶ illud se polliceri et iure iurando confirmare, tutum ⟨se *add.* β⟩ iter per ⟨suos *add.* β⟩ fines daturum: V 27, 10; inuentis non nullis ciuitatibus iure iurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia cauent: VI 2, 2; conclamant equites sanctissimo iure iurando confirmari oportere, ne . . .: VII 66, 7; ¶ quorum si principes ac senatus sibi iure iurando fidem fecisset: IV 11, 3; ¶ (Haeduos) coactos esse Sequanis obsides dare . . . et iure iurando ciuitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploraturos neque recusaturos, quo minus . . . essent: I 31, 7; ¶ iure iurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt: I 30, 5; quoniam in praesentia obsidibus cauere inter se non possint ⟨*e*⟩, ne res efferatur, at ⟨*e*⟩ iure iurando ac fide sanciatur petunt conlatis militaribus signis, quo ⟨*e*⟩ more eorum grauissima ⟨*e*⟩ caerimonia ⟨*e*⟩ continetur ⟨*e*⟩, ne facto initio belli ab reliquis deserantur: VII 2, 2; haec quo facilius certisque condicionibus fiant et iure iurando sanciantur ⟨sanctiatur *af*⟩, . . . propius accedat: 1, 9, 6; ¶

quod solus neque iure iurando neque obsidibus teneretur ⟨*u. CC*⟩: I 31, 9.

D. c. praep.: ad ius iurandum adigere: VII 67, 1 *u.* C. adigere.

iussu: quae (naues) missu ⟨iussu *O; Paul*⟩ Bruti consuetudine cotidiana ad portum excubabant: 2, 22, 3; — quas (naues) M. Varro quasque Gaditani iussu Varronis fecerant: 2, 21, 4; *se* ea, quae faceret, iussu atque imperio facere Pompei; quae mandata ad se per Vibullium delata essent: 3, 22, 1; — qui (C. Fufius Cita) rei frumentariae ⟨causa *add.* β⟩ iussu Caesaris praeerat: VII 3, 1; erant ⟨*e*⟩ Orici Lucretius Vespillo ⟨*e*⟩ et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII, quibus iussu D. Laelii praeerant ⟨*P. Manut.*; -rat *codd.*⟩: 3, 7, 1; L. Torquatus, qui iussu Pompei oppido praeerat praesidiumque ibi Parthinorum habebat, . . . portas aperuit: 3, 11, 3. 4.

iustitia: quod Diuiciaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se uoluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognouerat: I 19, 2; ¶ quae gens ad hoc tempus . . . summam . . habet iustitiae ⟨iustitiam β⟩ et bellicae laudis opinionem: VI 24, 3; ¶ se ⟨*e*⟩ uero, ut operibus ⟨*e*⟩ anteire ⟨*e*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8; ¶ sperare (se) pro eius iustitia quae petierint impetraturos: V 41, 8; — ad hunc propter iustitiam prudentiamque summam ⟨suam α; *plur. edd.*⟩ totius belli ⟨summam *add.* α; *plur. edd.*⟩ omnium uoluntate deferri: II 4, 7.

iustus. 1. adiect.; A. propr.; a) = quod iustitiae et aequitati respondet: neque sui iudicii . . . esse . . decernere ⟨*e*⟩, utra pars iustiorem habeat causam: 1, 35, 3; ut iustissimam apud eum causam obtinuerit: VII 37, 4.

b) = quod iuri et legibus respondet, legitimus: (et honesti ⟨honestissimi *Paul*⟩ ex iuuentute et cuiusque ⟨iustae *Paul*⟩ aetatis amplissimi ⟨*e*⟩ . . . naues conscenderant: 2, 5, 5;) ¶ si antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium: I 45, 3.

B. trsl.; a) = quod consuetudini et mori respondet: sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta ⟨iuxta *AQ*⟩ muri altitudo expleatur ⟨*e*⟩: VII 23, 4; ¶ (funus: VI 19, 4 *u.* 2.;) ¶ *eodem die castra mouet iustumque iter conficit: 1, 23, 5; confecto iusto itinere eius diei . . . consedit: 3, 76, 1.

b) = grauis, idoneus: cum ⟨*e*⟩ neque aditum neque causam postulandi iustam haberet: I 43, 5; docebat ⟨*e*⟩ etiam, quam ueteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent: I 43, 6; multis de causis . . ., quarum illa fuit iustissima, quod . . . suis quoque rebus eos timere uoluit: IV 16, 1.

c) = meritus: ut, qui aliquid ⟨aliqui *z*⟩ iusti ⟨uicti *Ohl*⟩ incommodi exspectauissent, ultro praemium missionis ferrent: 1, 86, 1.

2. ui subst.: serui et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funebribus ⟨*Lips.; Schn.*; funeribus *X; rell. edd.*⟩ confectis una cremabantur: VI 19, 4.

iuuentus: omnis iuuentus, omnes etiam grauioris aetatis . . . eo conuenerant: III 16, 2; — facile erat . . . prospicere in urbem, ut omnis iuuentus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent ⟨*u. CC*⟩: 2, 5, 3; ¶ ea (latrocinia) iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant: VI 23, 6; ¶ multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium ⟨*e*⟩ ui ⟨*e*⟩ ac potestate disputant et iuuentuti tradunt: VI 14, 6; ¶ et honesti ex iuuentute et cuiusque aetatis amplissimi ⟨*e*⟩ nominatim euocati atque obsecrati naues conscenderant ⟨*u. CC*⟩: 2, 5, 5.

iuuo. A. alqm: (se debere) neutrum eorum contra alterum iuuare: 1, 35, 5.

B. alqm alqa re: orabant ⟨*e*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; ¶ ut neque pedestri itinere neque nauibus commeatu iuuari (illi) possint: 2, 32, 12; ¶ frumento: II 3, 3 *u.* rebus; petit ab his omnibus, ut se frumento iuuent: 1, 60, 3; ¶ Petraeus ⟨*e*⟩ . . . suis ac suorum opibus Caesarem enixe iuuabat: 3, 35, 2; ¶ ad Lingonas . . . misit, ne eos frumento neue alia re iuuarent: I 26, 6; paratosque (se) esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere (Romanos, *an* Caesarem?) et frumento ceterisque rebus iuuare: II 3, 3; cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum recipiunt exercitumque eius omnibus rebus iuuant: 1, 15, 1; conuentus ciuium Romanorum . . . Antonium recipit ⟨recepit *f*⟩ omnibusque rebus iuuit ⟨luit *a*; iuit h^1⟩: 3, 29, 1.

deorum numero (Germani) eos solos ducunt, . . . quorum aperte opibus iuuantur: VI 21, 2.

C. intellegendum est obiect.: ne eos frumento neue alia re iuuarent; qui ⟨*CC*⟩ si iuuis-

sent, se eodem loco quo Heluetios habiturum: I 26,6; *cf.* **B.** rebus II 3,3; ¶ quod spatii breuitate ⟨*Madu.*; breuitas *codd.*; *edd.*⟩ etiam in fugam coniectis aduersariis non multum ad summam uictoria ⟨*Madu.*; uictoriae *codd.*; *edd.*⟩ iuuare poterat: 1,82,3.

iuxta. 1. aduerb.: septimam legionem, quae iuxta constiterat, item urgeri ab hoste: II 26,1.

2. praep.: M. Coelius Rufus praetor . . . tribunal suum iuxta C. Trebonii, praetoris urbani, sellam conlocauit: 3,20,1; — castra secundum mare . . . iuxta Pompeium muniri ⟨*e*⟩ iussit ⟨*u. CC*⟩: 3,65,4; — ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit: 1,16,4; ad Pompeium peruenit iuxtaque eum castra posuit: 3,41,1.

K

Kal.: is dies erat a. d. V. Kal. April. L. Pisone, A. Gabinio consulibus: I 6,4; (his litteris Kal. Ian. in curia consulibus redditis ⟨*sic Vielh.*⟩: 1,1,1;) XV. Kal. Maias ex itinere: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2.

L

L. = Lucius. *Si fides habenda est editoribus, codices plurimis (18 (uel 19) B. Gallici locis omnes plene scriptum habent hoc praenomen, omnibus fere B. Ciuilis locis (40 (uel 41) numero) per notam scriptum. Compendio notatum uidetur in X* I 6,4; 7,4; 12,5.7 *(bis);* 21,4; 23,2; VII 47,7 (*sed hoc loco in α exstat* labius *pro* L. Fabius;) *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; *praeterea errore* I 35,4 *pro* M. — Lucii *inueniri in a* 3,96,1 *dicit Np.* — Lucius *(plene scriptum) est in α, omissum praenomen in β* IV 22,5 *et* V 37,5; Lucio *in β, om. in α* V 1, 1. (Lutio *inuenitur in A* VII 65,1, *in h* V 1, 1; — 1,13,4 *errore leuissimo* sl. *pro* l. *scriptum esse in codd. uix dignum est, quod commemoretur.*

Additum est praenomen L. *his nominibus*: Aemilius I 23,2; Afranius 1,37,1; 3,83,2; Aurunculeius Cotta II 11,3; IV 22,5 ⟨*e*⟩; 38,3; V 24,5; 28,3; 35,8; 37,4; Basilus *u.* Minucius; Caecilius Rufus 1,23,2; Caesar VII 65,1; — 1,8,2; 2,23,3; Canuleius 3,42,3; Cassius I 7,4; 12,5; Cassius Longinus 3,34,2; Cotta *u.* Aurunculeius; Decidius Saxa 1,66,3; Domitius V 1,1 ⟨*e*⟩; 1,6,5; 20,4.5; 23,2; 56,1; 2,3,1; 22,2; 32,8; 3,83,3; 99,4; Fabius VII 47,7 ⟨*e*⟩; 50,3; Flaccus *u.* Valerius; (Labienus I 22,1;) Lentulus 1,1,2; 2,5; 3,96,1; 102,7; 104,3; Longinus *u.* Cassius; Lucceius 3,18,3; Mallius ⟨*e*⟩ III 20,1; Manlius 1,24,3; Metellus 1, 33,3; Minucius Basilus VI 29,4; VII 90,5; Munatius Plancus V 24,3; 25,4; 1,40,5; Nasidius 2,3,1; 4,4; Petrosidius V 37,5 ⟨*e*⟩; Piso I 12,7; — I 6,4; 12,7; 1,3,6; — (I 35,4;) Plancus *u.* Munatius; Praeconinus *u.* Valerius; Pupius 1,13,4 ⟨*e*⟩; Roscius V 24,2.7; 53,6; 1, 3,6; Rubrius 1,23,2; Rufus *u.* Caecilius *et* Vibullius; Saxa *u.* Decidius; Septimius 3,104, 2; (Sertorius 1,61,3;) Staberius 3,12,1; Sulla I 21,4; 1,5,1; *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; Tiburtius 3,19,6; Torquatus 3,11,3; Valerius Flaccus 3, 53, 2; Valerius Praeconinus III 20,1; Vibullius Rufus 1,38,1; 3,10,1; Vorenus V 44,1.

L *u.* **quinquaginta.**

Labeates: ne occasionem nauigandi dimitterent, siue ⟨si uel *Hotom.*; *Np.*⟩ ad litora Apolloniatium siue ad Labeatium ⟨siue ad Lab. *add. F. Hofm.*; *om. codd.*; *Np.*⟩ cursum derigere atque eo naues eicere ⟨*e*⟩ possent ⟨*u. CC*⟩: 3,25,4.

labefacio: Massilienses . . . deiecta turri, labefacta magna parte muri, . . . sese dedere . . . constituunt: 2,22,1.

Laberius: eo die Q. Laberius ⟨labienus β; *Oros.*⟩ Durus, tribunus militum, interficitur: V 15,5.

T. (Atius?) Labienus: ei munitioni, quam fecerat, T. ⟨*om. a*⟩ Labienum legatum praefecit: I 10,3; de tertia uigilia T. Labienum legatum pro praetore cum duabus legionibus et his ⟨*CC*⟩ ducibus . . . summum iugum montis ascendere iubet . . .: I 21,2; prima luce, cum summus mons a ⟨lucio (l. *Q*) *add. codd.*; *del. Np.*; T. *pr. edd.*⟩ Labieno teneretur, . . . neque . . . aut ipsius aduentus aut Labieni cognitus esset, Considius . . . accurrit, dicit montem, quem a Labieno occupari uoluerit, ab hostibus teneri: I 22,1.2; Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae . . . uisae essent, . . . monte occupato nostros exspectabat proelioque

abstinebat: I 22, 3; *cf.* § 4; hibernis Labienum praeposuit: I 54, 3; crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat . . .: II 1, 1; T. ⟨*om.* β⟩ Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit: II 11, 3; *cf. qu. sqq.;* T. ⟨*om. h*⟩ Labienus castris hostium potitus et ex loco superiore quae res in nostris castris ⟨*o*⟩ gererentur conspicatus decimam legionem subsidio nostris misit: II 26, 4; T. Labienum legatum in Treueros . . . cum equitatu mittit: III 11, 1; *cf.* § 2; Caesar postero die T. Labienum legatum . . . in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. qui . . . omnes ⟨*e*⟩ fere ⟨*e*⟩ in potestatem Labieni peruenerunt ⟨*e*⟩: IV 38, 1. 2; his rebus gestis Labieno in continenti ⟨*e*⟩ . . . relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*e*⟩ frumentariam ⟨*e*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*e*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, . . . naues soluit: V 8, 1. (2;) Labieno scribit, ut quam plurimas possit ⟨*e*⟩ iis legionibus, quae sint ⟨*e*⟩ apud eum, naues instituat: V 11, 4; uti . . . ex iis ⟨*e*⟩ (nauibus) . . ., quas postea Labienus ⟨lauienus α⟩ faciendas curauerat numero LX, perpaucae locum caperent: V 23, 4; quartam (legionem) in Remis cum T. Labieno in confinio Treuerorum hiemare iussit: V 24, 2; uelintne . . . milites aut ⟨*e*⟩ ad Ciceronem aut ad Labienum ⟨-onum A^1⟩ deducere, quorum alter . . .: V 27, 9; pauci . . . elapsi ⟨*e*⟩ incertis itineribus per siluas ad T. Labienum legatum in hiberna perueniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt: V 37, 7; scribit Labieno, si rei publicae commodo facere possit ⟨*e*⟩, cum legione ad fines Neruiorum ueniat: V 46, 4; Labienus interitu Sabini et ⟨*e*⟩ caede cohortium cognita, cum omnes ad eum Treuerorum copiae uenissent ⟨*e*⟩, ueritus, ne, si ⟨*e*⟩ ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti uictoria efferri sciret, litteras Caesari remittit ⟨*e*⟩, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit, docet . . .: V 47, 4. 5; interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de uictoria Caesaris fama perfertur, ut, cum ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset ⟨*o*⟩ circiter ⟨*e*⟩ LX . . ., ante mediam noctem ad portas castrorum clamor oreretur ⟨*e*⟩, quo clamore significatio uictoriae gratulatioque ab Remis Labieno fieret: V 53, 1; qui (Indutiomarus) postero die castra Labieni oppugnare decreuerat: V 53, 2; (pronuntiat se) castra Labieni oppugnaturum: V 56, 5; Labienus, cum . . . munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat, ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret cogitabat. itaque . . .: V 57, 1(—3); Labienus suos intra munitionem continebat timorisque opinionem quibuscumque poterat rebus augebat: V 57, 4; *cf. qu. sqq.;* subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit: V 58, 4; *cf. qu. sqq.;* totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treueros ⟨*u. CC*⟩ mittit duasque ad eum legiones ⟨*o*⟩ proficisci iubet: VI 5, 6; Treueri magnis coactis . . . copiis Labienum . . . adoriri parabant: VI 7, 1; *cf.* § 2; Labienus hostium cognito consilio sperans . . . fore aliquam dimicandi facultatem praesidio ⟨*o*⟩ quinque cohortium impedimentis relicto . . . contra hostem proficiscitur et . . . castra communit: VI 7, 4; erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen: VI 7, 5; *cf.* § 5. 6; Labienus noctu ⟨*e*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨*e*⟩ quid sui sit ⟨*o*⟩ consilii proponit: VI 7, 8; *cf. qu. sqq.;* quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8, 2; *cf.* § 3—5; quos Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto, compluribus captis paucis post diebus ciuitatem recepit ⟨*e*⟩: VI 8, 7; partito exercitu T. Labienum . . . in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci iubet: VI 33, 1; Labienum Treboniumque hortatur, si rei publicae commodo facere possint, ad eam ⟨*e*⟩ diem reuertantur, ut . . .: VI 33, 5; quattuor legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit: VII 34, 2; quod abiuncto ⟨*e*⟩ Labieno atque iis legionibus, quas una miserat, uehementer timebat: VII 56, 2; Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedinci, . . . cum IIII legionibus Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; *cf.* § 2; Labienus primo uineas agere, cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur: VII 58, 1; *cf.* § 2—5; e regione Lutetiae contra Labieni castra considunt: VII 58, 6; tum ⟨*e*⟩ Labienus tanta rerum commutatione longe aliud sibi capiendum consilium atque antea senserat intellegebat . . .: VII 59, 3; *cf.* 59, 4—60, 4; 61, 2; reliquas copias contra Labienum duxerunt: VII 61, 5; Labienus milites cohortatus . . . dat signum proelii: VII 62, 2; ii ⟨*e*⟩, qui in ⟨*e*⟩ praesidio contra castra Labieni ⟨β; contra labienum α⟩ erant relicti, . . . subsidio suis ierunt: VII 62, 8; hoc negotio confecto Labienus reuertitur Agedincum, ubi impedimenta totius exercitus relicta erant; inde . . . ad Caesarem peruenit: VII 62, 10; Caesar Labienum cum cohortibus ⟨*o*⟩ sex subsidio

laborantibus mittit; imperat . . .: VII 86, 1. 2; repulsis hostibus eo, quo Labienum miserat, contendit: VII 87, 3; Labienus . . . coactis † una de XL cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuntios facit certiorem, quid faciendum existimet: VII 87, 5; T. ⟨*om.* β⟩ Labienum cum duabus ⟨*o*⟩ legionibus et equitatu in Sequanos proficisci iubet; huic M. ⟨*e*⟩ Sempronium Rutilum attribuit: VII 90, 4; etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exaedificauerat, ad eum legati ueniunt: 1, 15, 2; perterrito etiam tum exercitu princeps Labienus procedit iuratque se eum non deserturum eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset: 3, 13, 3; qua ex frequentia T. Labienus prodit; † summissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit: 3, 19, 5; tum Labienus: desinite ergo de compositione loqui; nam nobis nisi Caesaris capite relato pax esse nulla potest: 3, 19, 7; at Labienus ⟨ad labienum *z*⟩, cum ab eo impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnes productos ⟨*e*⟩ ostentationis, ut uidebatur, causa, quo maior perfugae fides haberetur, commilitones appellans et magna uerborum contumelia interrogans, solerentne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4; hunc Labienus excepit et, cum Caesaris copias despiceret, Pompei consilium summis laudibus efferret, . . inquit . . .: 3, 87, 1(—6).

[**Falso** V 15, 5 *u.* **Laberius**.]

lăbor. **A. propr.**: cupas taeda ac pice refertas incendunt easque . . . in musculum deuoluunt. inuolutae ⟨*CC*⟩ labuntur, delapsae . . . longuriis furcisque ab opere remouentur: 2, 11, 2.

B. trsl.; **a)**: hac spe lapsus Indutiomarus nihilo minus copias cogere . . . coepit: V 55, 3.

b): ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur: V 3, 6.

(c): pauci ex proelio elapsi ⟨β; lapsi α; *Np.*⟩ . . . ad T. Labienum legatum . . . perueniunt: V 37, 7.)

lăbor. **A.** = *πόνος*; **a) subi.**: ubi tantos suos labores et apparatus male cecidisse uiderunt: 2, 15, 1; ¶ operum magnitudo et continens omnium dierum labor . . . perficiendi spatium non dabat: 3, 63, 4; ¶ deesse: *ap. Gell.* XIII 3 *u.* **e)** δ); ¶ ita multorum mensium ⟨*e*⟩ labor hostium perfidia et ui tempestatis puncto temporis interiit: 2, 14, 4.

b) obi.: puteos fodere cogebantur atque hunc laborem ad cotidiana opera addebant: 3, 49, 5; ¶ consumere: III 14, 1 *u.* sumere; ¶ ipse . . . in nauibus excubans neque ullum laborem aut munus despiciens: 3, 8, 4; ¶ ferre *u.* **fero** *p. 1290 (6 loc.)*; ¶ ut . . . sibi quisque etiam poenae loco grauiores imponeret labores: 3, 74, 2; ¶ (insumere: III 14, 1 *u.* sumere;) ¶ non intermisso remigandi labore longarum nauium cursum adaequarunt ⟨*e*⟩: V 8, 4; ¶ sed hunc laborem recusabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem Hibero intercludere . . . potuissent: 1, 68, 3; ¶ hunc . . . locum probarat ⟨*e*⟩, . . quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5; ¶ intellexit frustra tantum laborem sumi ⟨consumi *uel* insumi *Paul*⟩: III 14, 1; ¶ ut spe consequendi inlata atque infinito labore suscepto . . . paene naturam studio uincerent: VI 43, 5; Pompeius primi diei mora inlata et reliquorum dierum frustra labore suscepto . . . finem sequendi fecit: 3, 77, 3.

c) dat.: deesse *u.* **e)** δ); ¶ ne labori suo neu periculo parceret: 1, 64, 3; ¶ a paruis ⟨*e*⟩ labori ac duritiae student: VI 21, 3; ¶ cohortatur, ne labori succumbant: VII 86, 3.

d) genet.; α): diuturni laboris detrimentum ⟨-to *hl*⟩ sollertia et uirtute militum breui reconciliatur ⟨reconcinnatur *Ald.*⟩: 2, 15, 4; ¶ Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; 1, 68, 3 *u.* **b)** recusare; quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum: 3, 6, 1; ¶ sui laboris milites semper euentu belli praemia petiuerunt: 2, 32, 10; ¶ cum laboris sui periculi*que* testimonium adferre uellent: 3, 53, 4.

β): nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin: 1, 69, 3; ¶ sic sunt animo consternati ⟨confirmati *Np.*⟩ homines insueti laboris, ut: VII 30, 4.

γ): etsi res erat multae operae ac laboris: V 11, 5.

e) abl.; α) **causae**: confectus labore *u.* **conficio** *p. 642* **C.** *(4 loc.)*; ¶ nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent ⟨fuissent?⟩ defessi: VII 88, 6; totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt: 1, 65, 5; ¶ et Cenabensi ⟨*e*⟩ caede et labore operis incitati non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt: VII 28, 4; ¶ adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoueantur: VII 40, 4; ne grauius permoti milites et defectionis odio et contemp-

tione ⟨*e*⟩ sui et diutino labore omnes puberes interficerent: 2, 13, 3.

uti autem ipsos ualetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine cadauerum et cotidianis laboribus insuetos operum, tum: 3, 49, 3.

β) **instr.**: se superiore anno . . . labore et patientia maximum bellum confecisse: 3, 47, 6; ¶ summo labore militum Caesar continuato diem noctemque opere in flumine auertendo huc iam deduxerat ⟨*Achill. Stat.*; redux. *codd.*; *edd.*⟩ rem, ut: 1, 62, 1; ¶ cum crebro ⟨*o*⟩ integri defessis succederent nostrosque adsiduo labore defatigarent: VII 41, 2; ¶ hos (uros) studiose foueis captos interficiunt. hoc se labore durant adulescentes: VI 28, 3; ¶ quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant: V 19, 3; ¶ si paruo labore magnas controuersias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint: 1, 9, 1; ¶ discussa ⟨*e*⟩ niue sex ⟨*o*⟩ in altitudinem ⟨*e*⟩ pedum atque ita uiis patefactis summo militum sudore ⟨labore β; *Schn.*; sudore ac labore *Oud.*⟩ ad fines Aruernorum peruenit: VII 8, 2; ¶ (reducere: 1, 62, 1 *u.* deducere;) ¶ uiderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut: 2, 16, 1; ¶ tamen continenti labore omnia haec superauerunt et . . . aggerem . . . exstruxerunt: VII 24, 1; labore et perseuerantia nautarum [et] uim tempestatis superari posse sperabat: 3, 26, 3; ¶ tollere: 1, 9, 1 *u.* liberare; ¶ labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

γ) **modi**: VII 8, 2 *u.* β) patefacere; 1, 62, 1 *ib.* deducere.

δ) **limitat.**: equidem ⟨et quidem *Non.*⟩ mihi uideor ⟨uidetur *Non.*⟩ pro nostra ⟨*om. Non.*⟩ necessitate non labore, non opera, non industria defuisse ⟨. . . uidetur . . . non labor . . . *uel* uideor . . . non labori, non operae *Quicherat*⟩: *ap. Gell.* XIII 3; *cf. Non. p. 354.*

f) **c. praep.**; α) **ab**: ut reliquum tempus a ⟨*om. f*⟩ labore intermitteretur: 1, 32, 1; ¶ quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III 17, 4; ¶¶ quae (cohortes) praesidio castris relictae intritae ⟨*ik*; interritae *X*; integrae *f*⟩ ab labore erant: III 26, 2.

β) **ad**: adhortatus ad laborem milites ⟨mil. ad lab. β⟩ (Alesiam) circumuallare instituit: VII 68, 3; ¶ ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis: V 11, 6; nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: V 40, 5; ¶¶ ut . . . insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus ⟨laboribus *N*⟩ defatigaret: 3, 85, 2; ¶ ad omnem laborem animo parati imperio paruerunt: 3, 95, 1.

γ) **ex**: paulisper intermitterent proelium . . . seque ex labore reficerent ⟨reciperent a^1⟩: III 5, 3; militesque ex nocturno labore sese reficere iussit: VII 83, 7; — exercitum ex labore atque inopia reficit ⟨*e*⟩: VII 32, 1; ¶¶ grauiore morbo ex frigore ac labore implicitus: 3, 18, 1; ¶¶ cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset: 2, 14, 1.

δ) **in labore**: in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet: 3, 82, 5.

ε) **pro**: aliquando pro tantis laboribus fructum uictoriae perciperent: VII 27, 2.

ζ) **sine**: quaecumque bella geri uellet, sine ullo eius labore et periculo (se) confecturum: I 44, 13.

B. = facultas laboris perferendi: quae (iumenta) sunt apud eos nata, parua ⟨*e*⟩ atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris efficiunt: IV 2, 2.

(**C. = opus**: labor interiit: 2, 14, 4 *u.* **A. a)** interire.)

Labores et apparatus: 2, 15, 1; labor ac duritia: VI 21, 3; frigus ac l.: 3, 18, 1; l., opera, industria: *ap. Gell.* XIII 3; l. atque inopia: VII 32, 1; l. atque iter: V 19, 3; l. aut munus: 3, 8, 4; opera (ac, et) l.: V 11, 5; 2, 16, 1; *cf. supra* industria; l. et patientia: 3, 47, 6; labor(es) . . periculum (-a): I 44, 13; 1, 64, 3; 3, 6, 1; 53, 4; 82, 5; labor et perseuerantia: 3, 26, 3.

Labor belli aut fugae: VI 31, 5; l. itineris: VII 40, 4; 1, 65, 5; 3, 106, 2; l. operis: VII 20, 11; 28, 4; remigandi l.: V 8, 4; ¶ **labor omnium** (paucorum, reliquorum) **dierum**: 2, 16, 1; 3, 63, 4; 77, 3; totius diei l.: VII 88, 6; (1, 65, 5?) 3, 97, 4; multorum mensium l.: 2, 14, 4.

Adiect.: adsiduus: VII 41, 2; continens: VII 24, 1; 3, 63, 4; 97, 4; cotidianus (-i): III 17, 4; 3, 49, 3; diutinus: 2, 13, 3; 14, 1; diuturnus: 2, 15, 4; grauiores: 3, 74, 2; infinitus: VI 43, 5; multus: V 11, 5; nocturnus: VII 83, 7; omnis: 3, 95, 1; omnes: VII 85, 3; 1, 68, 3; par: 3, 82, 5; paruus: 1, 9, 1; summus: IV 2, 2; VII 8, 2⟨*e*⟩; 1, 62, 1; tantus (-i): III 14, 1; VII 27, 2; 2, 15, 1; ullus: I 44, 13; 3, 8, 4.

laboro. A. = id agere, ut: nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret: VII

31, 1; non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti . . . impetrarent: I 31, 2.

B. = premi, in periculo uersari; a) absol.; α) uerb. finit.: si qua in parte nostri laborare aut grauius premi uidebantur: VII 67, 4; — illae (naues) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero . . . tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ maxime ad superiores munitiones laboratur: VII 85, 4.

β) particip.: cum uallis . . . suberat neque ii, qui antecesserant, morantibus ⟨laborantibus *Ciacc.*⟩ opem ferre poterant: 1, 79, 3; ¶ tertiam aciem ⟨*c*⟩ laborantibus nostris subsidio misit: I 52, 7; VII 85, 1 *u.* summittere; Caesar Labienum cum cohortibus sex ⟨*o*⟩ subsidio laborantibus mittit: VII 86, 1; ¶ succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subuenit: V 44, 9; ¶ undique suis laborantibus succurrebant: 2, 6, 2; ¶ laborantibus iam suis ⟨suos *M*⟩ Germanos equites circiter CCCC summittit: VII 13, 1; laborantibus nostris Caesar Germanos summittit: VII 70, 2; Caesar . . . laborantibus summittit ⟨subsidium summ. *N*; subsidia mittit *Ciacc.*; auxilium summittit *DEk*⟩: VII 85, 1; Marcellinus *** cohortes subsidio nostris laborantibus submittit ⟨submisit *f*⟩ ex castris: 3, 64, 1; — quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat: IV 26, 4; ¶ ut neque subsidia ab lateribus submitti neque equites laborantibus usui esse possent: 1, 45, 4.

b) ab, ex re: ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret: VII 10, 1; illi omnia perpeti parati maxime a re frumentaria laborabant: 3, 9, 5; ¶¶ quos ex aere alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat: 3, 22, 1.

labrum. A. propr.: capilloque (Britanni) sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum ⟨et labr. *del. Hartz*⟩ superius: V 14, 3.

B. trsl.: ut eius fossae ⟨*c*⟩ solum tantundem pateret, quantum summae fossae ⟨summa ⟨*om.* fossae⟩ β; summa fossae *Schn.*⟩ labra distarent ⟨distabant β⟩: VII 72, 1; ¶ haec (cornua) studiose conquisita ab labris argento circumcludunt: VI 28, 6.

lac: genus radicis . . ., quod appellatur chara, quod admixtum ⟨mixtum *l pr.*; admixto *Paul*⟩ lacte ⟨*Ohl; Np., Dt.*; lacti *af; Db.*⟩ multum inopiam leuabat: 3, 48, 1; — neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore uiuunt: IV 1, 8; interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne uiuunt: V 14, 2; ¶ agri culturae non student, maiorque pars eorum uictus in lacte, caseo, ⟨et caseo et β⟩ carne ⟨carneque *Aim.*⟩ consistit: VI 22, 1.

Lacedaemon: sagittarios Creta, Lacedaemone ⟨-demonia *f*⟩, ex Ponto atque Syria reliquisque ciuitatibus III milia ⟨*c*⟩ numero habebat: 3, 4, 3.

(**lacer:** lacer an laceris? ut tener, puer. . . . quod ita dici debere et Caesar de analogia libro II. nec non et Valgius . . . disputant: *Charis. art. gramm. I p. 135 Keil.*)

lacesso. Lacescere *scriptum est in* α VII 59, 4; *in A* IV 11, 6; *in B* V 17, 1; *in a* IV 34, 2.

A. alqm: rarique (hostes) se ostendere et lenius ⟨lentius β⟩ quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt: V 17, 1; ¶ hostes *u.* **hostis** *p. 1531 sq.(3 loc.);* ¶¶ Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7, 3; — neue Haeduos iniuria lacesseret neue his sociisque eorum bellum inferret: I 35, 3; ¶¶ si ipsi (praefecti et equitatus) lacesserentur, sustinerent: IV 11, 6; haec prius illi (Ambiorigi) detrahenda auxilia existimabat quam ipsum bello ⟨bellum *BM*⟩ lacesseret: VI 5, 5; — Heluetii . . . nouissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt: I 15, 3; Heluetii . . . nostros a nouissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt: I 23, 3.

B. sine obiect.: (ad lacessendum hostem ⟨*add.* β; *om.* α; *edd.*⟩ et ad ⟨*c*⟩ committendum proelium alienum esse tempus arbitratus: IV 34, 2;) ¶ Afranius Petreiusque terrendi causa . . . copias suas . . . producunt et proelio lacessunt: 1, 42, 2; isdem de causis Caesar . . . proelio ⟨amplius *add. O*⟩ non lacessit: 1, 81, 2; constituerat signa inferentibus resistere ⟨desistere *z*⟩, prior proelio non lacessere: 1, 82, 5.

lacrima: hi neque uultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant: I 39, 4; ¶ Diuiciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit: I 20, 1.

lacrimo: Litauiccus . . . conuocatis subito militibus lacrimans Quo proficiscimur, inquit, milites? VII 38, 1.

lacus: (continentur Heluetii ex parte tertia) lacu Lemanno et flumine Rhodano: I 2, 3; ¶ a lacu Lemanno, qui ⟨qua *Hot.*; *u. CC*⟩ in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram . . . murum . . . perducit: I 8, 1; qui (Nantuates, Veragri, Seduni) a ⟨*c*⟩ finibus

Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1, 1.

laedo: neque ab se fidem laesam: VI 9, 6; cum Varus suam fidem ab eo (Iuba) laedi quereretur: 2, 44, 2.

Laelianus: Vatinius . . . tectis instructisque scaphis elicuit naues Laelianas: 3, 100, 2; *cf. qu. sqq.*

D. Laelius: praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis D. Laelius ⟨lebus *h*⟩ et C. Triarius: 3, 5, 3; erant ⟨*e*⟩ Orici Lucretius Vespillo ⟨*e*⟩ et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII, quibus iussu D. Laelii praeerant ⟨*e*⟩: 3, 7, 1; hoc confecto negotio (Pompeius filius) D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit, qui commeatus Byllide ⟨*e*⟩ atque Amantia ⟨*e*⟩ importari in oppidum prohibebat ⟨prohibeat *Np.*⟩: 3, 40, 5; eodem tempore D. Laelius cum classe ad Brundisium uenit eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam obiectam portui Brundisino tenuit: 3, 100, 1; *cf.* § 2; Laelius tempore anni commodiore usus ad nauigandum onerariis nauibus Corcyra Dyrrachioque aquam suis supportabat neque a proposito deterrebatur neque ante proelium in Thessalia factum cognitum aut ignominia ⟨*e*⟩ amissarum nauium aut necessariarum rerum inopia ex portu insulaque expelli potuit: 3, 100, 3. 4.

(laetatio: V 52, 6 *u.* **laetitia A.** *Cf. ZG. 1886, JB. p. 286.***)**

laetitia. A. obl.: quod beneficio deorum . . . expiato incommodo neque hostibus diutina laetitia ⟨β; laetatio α; *edd.*⟩ neque ipsis longior dolor relinquatur: V 52, 6.

B. abl.: ille perlectam (epistulam) in conuentu militum recitat maximaque omnes laetitia adficit: V 48, 9; ¶ erant plena laetitia et gratulatione omnia, **et* eorum, qui tanta pericula uitasse, et eorum, qui sine uulnere tantas res confecisse uidebantur: 1, 74, 7; ¶ haec tum ⟨*Madu.*; cum *codd.*; *edd.*⟩ facta sunt in consilio, magnaque ⟨*Madu.*; magna *codd.*; *edd.*⟩ spe et laetitia omnium discessum est: 3, 87, 7.

C. c. praep.: fit ⟨*e*⟩ gratulatio inter eos, atque omnium animi ad laetitiam excitantur: VII 79, 3.

laetus: qua re concessa laeti ut explorata uictoria . . . ad castra pergunt (Galli): III 18, 8; Afraniani milites uisendi causa laeti ⟨loci *O*⟩ ex castris procurrebant: 1, 69, 1.

(laeuus: cum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨laeua β⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5.**)**

lamina: tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clauisque religant: 2, 10, 3; ¶ (utuntur aut aere aut nummo aureo ⟨*e*⟩ aut taleis ⟨*af*; aliis *ah*; laminis *Faern.*⟩ ferreis ad certum pondus examinatis pro ⟨*e*⟩ nummo ⟨*e*⟩: V 12, 4.)

langueo: nostris languentibus atque animo remissis subito meridiano tempore . . . portis se foras † rumpunt: 2, 14, 1.

languidus: neque uero ⟨*e*⟩ tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieuerit: 1, 21, 5; ¶ cum . . . hostes acrius instarent languidioribusque nostris uallum scindere et fossas complere coepissent: III 5, 1.

languide: suosque ⟨*e*⟩ languidius in opere uersari iussit: VII 27, 1.

(languor: omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur et languore ⟨langore *BMQh*⟩ militum et uigiliis periculum augeatur ⟨*haec omnia del. Paul; u. CC*⟩: V 31, 5.**)**

lapis. A. subl.: et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit: VII 23, 5.

B. obl.: lapides coicere *u.* **coicio** *p. 597 (4 loc.);* ¶ antecedebat testudo . . . conuoluta ⟨*e*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides ⟨lapidis *Ciacc.*⟩ defendi possent: 2, 2, 4; ¶ ubi circumiecta multitudine hominum totis moenibus undique in murum lapides iaci coepti sunt: II 6, 2; ¶ compluribus ⟨*b*; cum pluribus *Oz*⟩ iam lapidibus ex illa ⟨*e*⟩ quae suberat turri subductis . . . pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4; ¶ cum . . . auxiliares lapidibus telisque subministrandis . . . speciem . . . pugnantium praeberent: III 25, 1.

C. genet.: Trallibus in templo Victoriae . . . palma per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pauimento exstitisse ostendebatur: 3, 105, 5; ¶ (lapidis iactus: 2, 2, 4 *u.* B. defendere;) ¶ multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, uiminea tegimenta . . . defendebant: 3, 63, 7.

D. abl.: coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus contegunt: 2, 10, 6; ¶ ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque succensa est: V 43, 7; ¶ lapide ictus ex muro periit ⟨*e*⟩: 3, 22, 2; ¶ fundis, sagittis, lapidibus nostros de uallo proturbare . . . parant: VII 81, 2.

laqueus: laqueis falces auertebant: VII 22, 2.

largior: his rebus (Dumnorigem) et suam rem familiarem auxisse et facultates ad largiendum ⟨largundum A^1⟩ magnas com-

parasse: I 18, 4; — Gallis . . prouinciarum ⟨*CC*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨usum β⟩ largitur: VI 24, 5.

largiter: neque solum domi, sed etiam apud finitimas ciuitates (Dumnorigem) largiter posse: I 18, 6.

largitio. A. obl.: quae res apud milites largitiones auxit; magnis enim iacturis sibi quisque eorum animos conciliabat: 3, 112, 10; ¶ deductis . . . in hiberna legionibus maximas largitiones fecit: 3, 31, 4.

B. genet.: huc pauca ad spem largitionis addidit, quae ⟨quam *Paul*⟩ ab sua liberalitate, si se . . . secuti essent, exspectare deberent: 2, 28, 3.

C. abl.: ne qua aut largitionibus aut . . . falsis nuntiis commutatio fieret uoluntatis: 1, 21, 1; ¶ Lentulus aeris alieni magnitudine . . . et regum appellandorum largitionibus mouetur: 1, 4, 2; ¶ Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat: I 9, 3; ¶ largitione militum uoluntates redemit: 1, 39, 4.

Larinates: (Pompeius) per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium in Apuliam peruenit: 1, 23, 5.

Larisa: Scipio discessu exercituum ⟨*e*⟩ ab ⟨*e*⟩ Dyrrachio cognito Larisam ⟨*Oahl;* larissam *f*⟩ legiones adduxerat; Pompeius nondum Thessaliae adpropinquabat: 3, 80, 4; Pompeius . . . se ex castris eiecit protinusque equo citato Larisam ⟨larissam *af*⟩ contendit. neque ibi constitit, sed: 3, 96, 3; Pompeiani . . . diffisi ei loco relicto monte uniuersi iugis ⟨*Wassius;* iuris *z*⟩ eius Larisam ⟨larissam *af*⟩ uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2; eodemque die (Caesar) Larisam peruenit: 3, 98, 3.

Larisaei: nulla Thessaliae fuit ciuitas praeter Larisaeos ⟨larisä eos *ahl*⟩, qui magnis † exercitibus Scipionis tenebantur ⟨*u. CC*⟩, quin Caesari parerent ⟨*CC*⟩ atque imperata facerent: 3, 81, 2.

lassitudo: sperabat . . . fore, ut duplicato cursu Caesaris milites exanimarentur ⟨*e*⟩ et lassitudine conficerentur: 3, 92, 2; milites et animo perterriti et lassitudine confecti . . . de . . fuga . . . cogitabant: 3, 95, 3; — nostros uires lassitudine deficiebant: 2, 41, 7; L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum uires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus: 3, 99, 4; — cursu ac lassitudine exanimatos uulneribusque ⟨*e*⟩ confectos Atrebates . . . compulerunt: II 23, 1; — ibi timore, lassitudine, ui fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2.

latebra(e): ut . . . ille latebris aut ⟨ac *dk; Schn.;* siluis aut *add.* β; *Schn.*⟩ saltibus se eriperet et ⟨*e*⟩ noctu occultatus ⟨*e*⟩ alias regiones partesque peteret: VI 43, 6.

lateo: ubi prima impedimenta nostri exercitus ab iis, qui in siluis ⟨*AQM;* siluas B^1; *Frig.;* silua B^2β⟩ abditi latebant, uisa sunt: II 19, 6; ¶¶ ut nullum paulo fortius factum latere posset: III 14, 8.

later. A. plur.: quadratas regulas . . . defigunt, quae lateres, qui super musculo ⟨*P. Man.;* musculos *codd.; del. Np.*⟩ struantur, contineant: 2, 10, 4; — super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit ⟨*e*⟩: 2, 10, 6; ¶ eamque contabulationem summam lateribus lutoque constrauerunt ⟨castrauerunt *af*⟩, ne quid ignis hostium nocere posset, centonesque insuper iniecerunt: 2, 9, 3; — ita fastigate ⟨fastigato *z*⟩ atque ordinatim structo tecto ⟨*Oud.; om. codd.*⟩, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus ⟨*Of?; Aldus;* in lateribus *z*⟩ et ⟨*recc.; om. z*⟩ luto musculus ⟨-lis *af*⟩, ut ab igni . . . tutus esset, contegitur ⟨*u. CC*⟩: 2, 10, 5; — intra haec tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant: 2, 9, 6; — tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant: 2, 9, 7; ¶ (cupae) delapsae ab ⟨*e*⟩ lateribus longuriis furcisque ab opere remouentur: 2, 11, 2; — super lateres: 2, 10, 6 *u. supra.*

B. sing. ui collect.: si ibi ⟨*e*⟩ pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: 2, 8, 1.

latercŭlus *u.* **latericŭlus.**

latericius. 1. adiect.: aggerem noui generis . . . ex latericiis duobus muris senum pedum crassitudine atque eorum murorum contignatione ⟨*e*⟩ facere instituerunt: 2, 15, 1; ¶ quem ⟨*e*⟩ (musculum) a turri latericia ad hostium turrim murumque perducerent: 2, 10, 1; musculus ex turri latericia a nostris . . . defenditur: 2, 11, 3; musculum turrimque latericiam libere incendunt: 2, 14, 4.

2. ui subst. latericium: centonesque insuper iniecerunt, ne . . . saxa ex catapultis latericium discuterent: 2, 9, 3.

latericŭlus: hanc super ⟨*coni. Np.;* insuper *codd.*⟩ contignationem, quantum tectum plutei ac uinearum passum est, latericulo ⟨laterculo *Kran.*⟩ adstruxerunt: 2, 9, 2.

Latinus: (consules, quod ante id tempus accidit numquam, ante Latinas indictas

⟨ante Lat. ind. (A. L. I.) *add. Hell.*⟩ ex urbe proficiscuntur: 1, 6, 7;) his rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis ⟨perfaciendis *af;* perficiundis *Nh*⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1.

(latito: communi enim ⟨*e*⟩ fit uitio naturae, ut inuisitatis ⟨*Elberl.;* inuisis latitatis *Na;* inusitatis *Db.;* inprouisis *Freudenb.; Dt.;* inuisis latitantibus *O;* inuisis [latitatis] *Np.*⟩ atque incognitis rebus magis confidamus uehementiusque exterreamur: 2, 4, 4.)

latitudo. A. propr. (τὸ εὖρος); (a) subi.: fluminis erat altitudo pedum circiter ⟨*o*⟩ trium ⟨latitudo ped. circ. CCC *aut* altitudo ped. circ. XXIX *Ciacc.*⟩: II 18, 3.)

b) abl.: mediocri latitudine fossam ... obduci iussit: 3, 46, 1.

c) c. praep.; α) in latitudinem: Neruii ... teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*e*⟩ crebrisque ⟨*e*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*om.* β⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut: II 17, 4; — *u. praeterea* **in** *p. 103 sq.* β) *(7 loc.).*

β) **propter lat.:** id (oppidum) ex itinere oppugnare conatus ... propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; summa difficultas faciendi ⟨*e*⟩ pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2.

B. trsl. (= τὸ μῆκος, μέγεθος): huius Hercyniae ⟨*e*⟩ siluae ... latitudo nouem dierum iter expedito patet: VI 25, 1; ¶ (Aquitaniam,) quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum † ex tertia parte Galliae ⟨*e*⟩ est aestimanda ⟨*u. CC*⟩: III 20, 1.

[**Falso:** turres ad altitudinem ⟨latitudinem β⟩ ualli ... parare ac facere coeperunt: V 42, 5; aggerem ... facere instituerunt aequa fere altitudine ⟨*Vascos.;* latitudine *codd.*⟩, atque ille congesticius ex materia fuerat agger: 2, 15, 1.]

Latium: duae sunt Albae, alia ista quam nouimus in † Aricia ⟨Marsia *coni. Np.*⟩ et alia hic in † Italia ⟨Latio *coni. Np.*⟩: *ap. Pomp. comm. art. Don. (gramm. Lat. V p. 144 ed. Keil).*

Latobrigi *u.* **Latouici.**

(lator: decurritur ad illud extremum ... senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis † latorum ⟨*codd.;* illata sceleratorum *Koch; Db.;* soluta malorum *Kindsch.;* latronum *cod. Ciacc.;* paucorum *Np.;* togatorum *Hell.;* senatorum *Hug; u. CC*⟩ audacia ⟨latorum audacia *unc. incl. Dt.*⟩ numquam ante descensum ⟨*Kohl.* discessum *codd.*⟩ est: 1, 5, 3.)

Latouici. *Cf. Glück p. 112—116; J. Becker ZAW. 1851 p. 130 sq.; 450.* (latobogiorum *exstat in Orosii* (VI 7, 5) *codicibus, sed* latobrogiorum *in cod. R.*)

persuadent Rauracis et Tulingis ⟨*e*⟩ et Latouicis ⟨*A;* lotouicis *Q;* latocibis *M;* latocucis $B^{a}\beta$; latobicis B^{1}; Latobrigis *Schn., Np., Fr., Db., haud scio an recte*⟩ finitimis ⟨*e*⟩, uti eodem usi consilio oppidis suis uicisque exustis una cum iis proficiscantur: I 5, 4; Heluetios, Tulingos, Latouicos ⟨latobrigos *X;* latouicos *A in marg.;* latobicos *B uar.*⟩ in fines suos, unde erant profecti, reuerti iussit, et quod omnibus frugibus ⟨*e*⟩ amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperauit, ut iis ⟨*e*⟩ frumenti copiam facerent; ipsos oppida uicosque, quos incenderant, restituere iussit: I 28, 3; summa erat capitum ... Tulingorum *milium XXXVI, Latouicorum ⟨latobrigorum *codd.*⟩ XIIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII: I 29, 2.

latro: hos latrones interficiamus: VII 38, 8; ¶ (quo ... † latorum ⟨*x;* latronum *cod. Ciacc.*⟩ audacia numquam ante descensum ⟨*e*⟩ est: 1, 5, 3;) ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque conuenerat ⟨*e*⟩, et ⟨*Paul; om. codd.; edd.*⟩ quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III 17, 4; ¶ huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3.

latrocinium: latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt atque ea iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant: VI 23, 6; ¶ supplicia eorum, qui in furto aut in ⟨*om.* β⟩ latrocinio aut aliqua noxia ⟨*e*⟩ sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur: VI 16, 5; non hos palus in ⟨*del. Dt.*[1]*; Db.*⟩ bello latrociniisque natos, non siluae morantur: VI 35, 7.

lātus. A. = εὐρύς (propr.); a) posit.: diebus XXV aggerem latum ⟨longum *coni. Rüstow et Göler*⟩ pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ¶ (inter bina castra ... unum flumen ⟨tantum *add. codd.; Np.; del. Kran.;* latum *Kindsch.*⟩ intererat Apsus ⟨*e*⟩: 3, 19, 1;) ¶ duas fossas quindecim pedes ⟨pedum *h*⟩ latas eadem alti-

tudine perduxit: VII 72, 3; ¶ storias ... tres in longitudinem parietum turris latas IIII pedes fecerunt: 2, 9, 4.

b) comp.: ad onera ac ⟨*c*⟩ multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores ⟨altiores β⟩ (facit naues), quam quibus in reliquis utimur ⟨*c*⟩ maribus: V 1, 2; ¶ hunc ex omnibus fere partibus palus ... cingebat non latior pedibus quinquaginta: VII 19, 1.

c) superl.: (continentur) una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo: I 2, 3; transire latissimum flumen: II 27, 5.

B. = μακρός, μέγας: ne latos fines parare studeant: VI 22, 3.

quoad licebat latiore uti ⟨*c*⟩ spatio: 1, 58, 1.

Suessiones suos esse finitimos; fines ⟨B^2β; *Schn., Hold.; om.* α; *edd. rell.*⟩ latissimos feracissimosque agros possidere: II 4, 6; (ciuitatibus maxima laus est quam latissime ⟨latissimis β⟩ circum se uastatis finibus solitudines habere: VI 23, 1;) ¶ ut ... quam latissimas regiones praesidiis teneret: 3, 44, 2.

late. A. (propr.) = ἐπὶ πολύ; **a) posit.; α):** ab eius summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ hoc itinere est fons, quo ⟨*c*⟩ mare succedit longius, ⟨succedit, longe ut *Paul*⟩ lateque is locus restagnat ⟨-et *Paul*⟩: 2, 24, 4; ¶ naues ... incendit, quod tam late ⟨lata *dett.*⟩ tueri parua manu non poterat: 3, 111, 6; ¶ ut et minus late uagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent: I 2, 4.

β) longe lateque: deinde omnibus longe lateque aedificiis incensis se ⟨*o*⟩ in castra receperunt: IV 35, 3; omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et conuectis: 2, 15, 1; (24, 4 *u.* α) restagnare;) stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3, 8, 4; consumptis omnibus longe lateque frumentis summis erat in angustiis: 3, 47, 5.

ββ): turres uineasque ad oppugnationem urbis agere . . . instituit: 1, 36, 4; ¶ quaecumque •ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur: V 40, 5; — milites iis ⟨*c*⟩ rebus indigebant, quae ad oppugnationem castrorum erant usui: 2, 35, 5; ¶ Caesar castris munitis scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et crates parari iussit: 3, 80, 4; ¶ C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliae relinquit: 1, 36,

5; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat: 2, 1, 1.

γ) de: perspecto urbis situ . . . de oppugnatione ⟨β; expugnatione α; *edd.*⟩ desperauit, de obsessione ⟨*uerba* desper. de obsess. *habent* β; *om.* α *et Schn.*⟩ non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset: VII 36, 1; ¶ neque id, quod fecerit ⟨fecerint β⟩ de oppugnatione castrorum, aut iudicio aut uoluntate sua fecisse: V 27, 3; ¶¶ tum primum adlato nuntio de oppugnatione Vellaunoduni: VII 11, 4.

δ) in c. abl.: Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus Romanis . . . militibusque . . . triduum moratus paucis in oppugnatione amissis re infecta inde discessit: 3, 40, 6; ¶ statuisse imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset ⟨β; profecissent α; *edd.*⟩, triduo exercitum deducere: VII 20, 11.

B. = oppugnandi ratio, ars: Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec: ubi ⟨est. haec ubi *BM;* est. Ac ubi *AQ;* est. hac ubi B^2*;* est. At ubi β⟩ circumiecta multitudine . . . murus . . defensoribus nudatus est, . . . subruunt: II 6, 2; ¶ non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis, cuius rei fuerint ipsi imperiti: VII 29, 2.

oppugno. A. alqd; a) additur obi.; α): tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae ⟨ut β⟩ castra minora oppugnaret ⟨-rent *h*⟩, misit: I 50, 2; Cassiuellaunus . . . iis ⟨*c*⟩ (regibus) imperat, uti coactis omnibus copiis castra naualia de improuiso adoriantur atque oppugnent: V 22, 1; magna manu ad castra oppugnatum ⟨oppugnanda β⟩ uenerunt: V 26, 2; *u. praeterea* **castra** *p. 464 (8 loc.);* ¶ omnibus hibernis Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem: V 27, 5; Caesaris reliquorumque hiberna oppugnari: V 41, 3; ¶ tamen hunc (locum) duabus ex partibus oppugnare contendit: V 21, 4; ¶ oppidum *u.* **oppidum** *p. 938 sq. (8 loc.).*

β): ut . . ., si Apolloniam Oricumque (Pompeius) oppugnare ⟨expugnare *f*⟩ . . . conaretur, obsesso Scipione necessario illum suis auxilium ferre cogeret: 3, 78, 4; — (Milo) Cosam ⟨Consentiam *Paul*⟩ in agro Thuriño ⟨Compsam in a. Hirpino *F. Hofm.*⟩ oppugnare ⟨exp. *N*⟩ coepit: 3, 22, 2; — Gorgobinam, Boiorum oppidum, . . . (Vercingetorix) oppugnare instituit: VII 9, 6; — qui (Boi) . . . in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnarant ⟨-abant *Kraff.*⟩: I 5, 4; ille oppidum Biturigum ⟨*c*⟩ positum ⟨*c*⟩ in ⟨*c*⟩ uia ⟨*c*⟩ Nouiodunum ⟨*c*⟩ oppugnare instituerat: VII 12, 2; — Oricum: 3, 78, 4 *u.* Apolloniam; — Vellaunodunum: VII 11, 1 *u.* b).

b) omisso obiecto: cum finem oppugnandi nox fecisset: II 6, 4; castris munitis uineas agere quaeque ad oppugnandum usui erant comparare coepit: II 12, 3; V 26, 2 *u.* a) α) castra; cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum uenisset, . . . oppugnare instituit: VII 11, 1.

B. alqm: magna manu Eburones, Neruii, Aduatuci atque horum omnium socii et ⟨*c*⟩ clientes legionem oppugnare incipiunt: V 39, 3.

quod multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui muniendi, non Galliae impugnandae ⟨oppugnandae β⟩ causa facere: I 44, 6; ¶ omnes Galliae ciuitates ad se oppugnandum ⟨expugnandum β⟩ uenisse ac contra se castra habuisse: I 44, 3; magnas Gallorum copias . . . oppugnandi sui causa conuenisse: V 53, 6.

ops. A. sing.: cum uallis . . . subeat neque ii ⟨*c*⟩, qui antecesserant, morantibus ⟨laborantibus *Ciacc.*⟩ opem ferre poterant: 1, 79, 3; quibus (clientibus) etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus: *ap. Gell.* V 13, 6; ¶ (eius enim opera ⟨ope *NOx*⟩ castellum magna ex parte conseruatum esse constabat: 3, 53, 5;) — ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* ¶ non (se) existimare Romanos sine ope diuina ⟨deorum β⟩ bellum gerere: II 31, 2.

B. plur.; a) = auxilium: deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuuantur: VI 21, 2.

b) = facultates, copiae, potentia; α) subi.: et celeritate et copiis docuit, quid populi Romani disciplina atque opes ⟨opus *M*⟩ possent: VI 1, 4.

β) obi.: ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari uideat: VI 22, 4; ¶ neque nunc se . . . postulare quibus rebus opes augeantur suae: 1, 85, 5.

γ) abl.; αα): ut, si . . . superauissent, uel domesticis opibus uel externis auxiliis de salute urbis confiderent: 2, 5, 5.

ββ): (se ⟨si *x*⟩ uero, ut operibus ⟨opibus *x*⟩ anteire ⟨anteiri *Ox*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8;) — iuuari: VI 21, 2 *u.* a); Petraeus ⟨*c*⟩, summae nobilitatis adulescens, suis ac suorum opibus Caesarem enixe iuuabat: 3, 35, 2; — in illa magi-

ım ⟨*e*⟩ controuersia alter pro Conuic-
i, alter pro Coto summis opibus pu-
erat ⟨β; -uerant α; *edd.*⟩: VII 39, 2; —
quorum in finibus bellum geratur, eorum
subleuentur: VII 14, 6; — quorum
s atque opibus, si qua bella incide-
sustentare consuerint: II 14, 6; — ut
illius (Ptolomaei) opibus ⟨operibus *a*⟩
lamitate tegeretur: 3, 103, 3; — qui-
pibus ac neruis non solum ad minuen-
gratiam, sed paene ad perniciem suam
tur: I 20, 3; tu uelim mihi ad urbem
o sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut
ui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad*
X 16, 3.
ut . . . omnes . . et animo et opibus
bellum incumberent: VII 76, 2.

imus, -e *u.* **bonus, bene** *p. 421*

to: id erat eius modi, ut magis optan-
quam sperandum putarem: *ap. Cic. ad Q.*
10 (12), 4; — quoniam fieret dimicandi
as, ut saepe cogitauissent ⟨optauissent
⟩: 3, 86, 5.

tatus: quid enim est illis optatius
. . . nos circumuenire et uos nefario
obstringere? 2, 32, 3; ¶ ad castra
norum delati optatissimum Ambiorigi
icium ⟨*o*⟩ obtulerant ⟨*e*⟩: VI 42, 3.

ulentus: docuit, quantum usum habe-
l subleuandam omnium rerum inopiam
oppido pleno atque opulento: 3, 80, 5.

us, -eris. **A. abstract. = opera, labor,** **, negotium,** *τὸ ἐργάζεσθαι, ἐργασία, δευμα*; **a) obi.:** summo labore militum
continuato diem noctemque opere in
e auertendo huc iam *deduxerat rem,
62, 1; ¶ castra facere constituit et,
opere faciundo milites repentino ho-
incursu exterrerentur atque opere pro-
ntur, uallo muniri uetuit: 1, 41, 4; prima
unda acies in armis . . . permanebat; post
hoc *z*⟩ opus in occulto a III. acie fiebat:
; ¶ Afranius Petreiusque terrendi
atque operis impediendi copias suas
roducunt: 1, 42, 2; tenere uterque propo-
uidebatur: Caesar, *ne* . . . proelium com-
et ⟨*e*⟩, ille, ut opera Caesaris impediret:
; ¶ instituere *u.* **B. a)** β) in-
e; ¶ eius modi sunt tempestates ⟨*o*⟩
utae, uti opus necessario intermittere-
III 29, 2; neque idcirco Caesar opus in-
tit ⟨intermisit *Na*¹⟩ confisus . . . muni-
fossae: 1, 42, 3; ¶ uallum . . . ad
ducere incipiunt, ut . . . sine stationi-
bus aquari possent. id opus inter se Petreius
atque Afranius partiuntur: 1, 73, 3; ¶
perficere: III 3, 1 *u.* **B. a)** β) perficere;
¶ perspicere: VII 44, 1 *ib.* perspicere.

b) dat.: ne . . . tela in nostros operi destinatos coicere possent ⟨*e*⟩: VII 72, 2; ¶
miles . . . operi quaecumque sunt usui sine
periculo supportat: 2, 15, 3.

c) gen.; α): nec iam uires sufficere cuiusquam nec ferre operis laborem posse: VII
20, 11; Cenabensi ⟨*e*⟩ caede et labore operis
incitati non . . . infantibus pepercerunt: VII
28, 4; ¶ in praesentia ⟨*e*⟩ similem rationem operis instituit: 1, 42, 1.

β): uti autem ipsos ualetudine non bona
cum angustiis loci et odore taetro . . . et cotidianis laboribus insuetos operum, tum: 3,
49, 3.

d) abl.; α): magno (quanto, tanto)
opere *u.* **magnopere, quantopere, tantopere.**

β): se ⟨si *z*⟩ uero, ut operibus ⟨opibus *z*⟩
anteire ⟨anteiri *z*⟩ studuerit, sic iustitia et
aequitate uelle superare: 1, 32, 8.

γ): prohibere: 1, 41, 4 *u.* **a)** facere; cum
legio Caesaris nona praesidium quoddam occupauisset et munire coepisset, . . . contrarium
collem Pompeius occupauit nostrosque opere
prohibere coepit: 3, 45, 2.

e) e. praep.; α) ab: celeriter ab opere deductis legionibus aciem instruit: 2, 26, 3; Pompeius . . . V legiones ab opere deductas ⟨*sic Np.*; V^ta^ legione ab op. deducta *af*; V ⟨*uel* V^tam^⟩ legionem ab opere deductam *Ohl*⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ¶ quam quisque ab opere in partem casu deuenit: II 21,
6; ¶ quod ab opere singulisque legionibus
singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris uetuerat: II 20, 3; ¶ ne quod
omnino tempus ab opere intermitteretur:
VII 24, 2; ¶ ab opere reuocandi (erant)
milites: II 20, 1; Caesar ab opere legiones reuocat, . . . aciem instruit: 1, 82, 2; ¶ quod
(milites) ab opere ⟨operibus *N*⟩ integris munitionibus uacabant: 3, 76, 2; (est etiam genus
radicis inuentum ab iis, qui fuerant † ualeribus ⟨fuerant uacui ab operibus *Koch*; uacabant ab operibus *F. Hofm.*⟩: 3, 48, 1.)

β) ad: puteos fodere cogebantur atque hunc
laborem ad cotidiana opera addebant: 3, 49, 5.

γ) in e. abl.; αα): in his operibus consiliisque biduum consumitur: 1, 82, 1; ¶
quod instituto Caesaris semper duae ⟨*o*⟩ legiones pro castris excubabant ⟨*e*⟩ pluresque partitis temporibus erant in opere: VII 24, 5; ¶

ad nostra castra atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt: II 19, 8; milites occupatos in opere ⟨in op. occ. β⟩ adoriebantur: VII 22, 4; ¶ suosque ⟨*e*⟩ languidius in opere uersari iussit: VII 27, 1; diem noctemque in opere uersantur: VII 77, 11.

ββ): cum in opere singulas legiones appellaret: VII 17, 4; — dispersis in opere nostris subito . . . impetum fecerunt: III 28, 3.

B. coneret. = id quod labore et opera efficitur; a) opus (opera) militum (plerumque = munitiones, agger, *sim.*); α) subi.: quae circum essent opera: 2, 10, 1 *u.* β) tueri; ¶ (procedere: 1, 82, 1 *u.* δ) pars.)

β) **obi.:** hoc opus (= musculum) . . . perficiunt subitoque inopinantibus hostibus machinatione nauali, phalangis subiectis, ad turrim hostium admouent, ut aedificio iungatur: 2, 10, 7; ¶ audire: II 12, 5 *u.* δ) magnitudo; ¶ quoniam tantum esset necessario ⟨*o*⟩ spatium ⟨*e*⟩ complexus nec ⟨*e*⟩ facile totum corpus ⟨opus *afik; Schn.; om. h*⟩ corona militum cingeretur: VII 72, 2; ¶ conamur opus magnum et multorum dierum propter altitudinem maris: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1; ¶ (conficere: 3, 97, 5 *u.* perficere;) ¶ si arborum trunci siue naues ⟨*CC*⟩ deiciendi ⟨disiciendi *Geyer*⟩ operis (= pontis) causa ⟨*e*⟩ essent a barbaris *immissae: IV 17, 10; ¶ derigere: VII 27, 1 *u.* perficere; ¶ interim legiones sex ⟨*e*⟩, quae primae ⟨*e*⟩ uenerant, opere dimenso ⟨dimisso β⟩ castra munire coeperunt: II 19, 5; ¶ turres . . . ad opera Caesaris adpellebat, ut rates perrumperet atque opera ⟨*del. Paul*⟩ disturbaret: 1, 26, 1; ¶ efficere *u.* **efficio** *p. 994 (4 (6) loc.);* ¶ facere *u.* **facio** *p. 1252 sq. (4 loc.);* ¶ impedire *u.* **A. a)** impedire; ¶ opere instituto fit equestre proelium: VII 70, 1; 1, 75, 1 *u.* ζ) αα) discedere; ¶ qua erat nostrum opus ⟨*sic* β; *Schn.*; qua (quam BM^1; quiam *A*; quia *Q*; qua nostrum *Fr.*; *Hld.*) opus erat α; *rell. edd.*⟩ intermissum, . . . equitatum dimittit ⟨*e*⟩: VII 71, 5; ¶ iungere: 2, 10, 7 *u.* admouere; ¶ murum . . . fossamque perducit. eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit: I 8, 2; duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit: I 49, 4; cum neque opus ⟨tempus B^2β⟩ hibernorum munitionesque plene essent perfectae: III 3, 1; (Caesar promota turri derectisque ⟨αh; perfectisque *afik; Whitte*⟩ operibus, quae facere instituerat, . . . iussit: VII 27, 1;) obsideri se a Caesare; opera munitionesque prope esse perfectas: 1, 20, 2; opus in occulto a III. acie fiebat. sic omne ⟨opus *add. f*⟩ prius est perfectum, quam intellegeretur ab Afranio castra muniri: 1, 41, 5; erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela uitare: 1, 50, 3; id opus inter se Petreius atque Afranius partiuntur ipsique perficiundi ⟨*ahl*; -iendi *Obf*⟩ operis causa longius progrediuntur: 1, 73, 3; ad ea perficienda opera C. Trebonius . . . uimina materiamque comportari iubet: 2, 1, 4; hoc opus omne tectum uineis ad ipsam turrim perficiunt: 2, 10, 7; captam ⟨se⟩ suam urbem uidere, opera perfecta, turrim subrutam: 2, 12, 3 (*Np.* 4); nondum opere castrorum perfecto equites . . . nuntiant: 2, 26, 2; inter duos uallos, qua perfectum opus non erat, . . . impetum fecerunt: 3, 63, 8; munitione flumen a monte seclusit. . . . quo ⟨iam *add. Ald.*⟩ perfecto ⟨confecto *h*⟩ opere illi de deditione missis legatis agere coeperunt ⟨*e*⟩: 3, 97, 5; ¶ cum in minora castra operis perspiciendi causa uenisset: VII 44, 1; ¶ tegere: 2, 10, 7 *u.* perficere; ¶ non numquam opera nostra ⟨u^a *BM*⟩ Galli temptare atque eruptionem . . . facere conabantur: VII 73, 1; ¶ ubi ex ea turri quae circum essent opera tueri se posse sunt ⟨*o*⟩ confisi: 2, 10, 1; ¶ uidere: II 12, 5 *u.* δ) magnitudo.

γ) **dat.:** quae deesse operi uidebantur, perficiuntur: V 40, 2; ¶ hostes . . . secundo magnoque uento ignem operibus inferunt: 2, 14, 1; ¶ ut . . . (nihil) relinqueretur, qua aut telis ⟨*e*⟩ militibus aut igni ⟨-nis *O*⟩ operibus noceri ⟨-re *O*⟩ posset: 2, 16, 1; ¶ legati milites ex opere deducunt ⟨diduc. *z*⟩, oppugnatione desistunt; operibus ⟨operis *Na*⟩ custodias relinquunt: 2, 13, 1.

δ) **gen.:** tanta erat operis (= pontis) firmitudo atque ea rerum natura, ut: IV 17, 7; ¶ magnitudine operum, quae neque uiderant ante Galli neque audierant, et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt: II 12, 5; si quando magnitudine operis forte superati . . . suis fortunis ⟨*o*⟩ desperare ⟨*o*⟩ coeperant: III 12, 3; sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat: 2, 2, 5; sed operum magnitudo et continens omnium dierum labor . . . perficiendi spatium non dabat: 3, 63, 4; ¶ operis munitione et militum concursu et telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8, 4; ¶ oppidum uallo castellisque circummunire ⟨*e*⟩ instituit. cuius operis maxima parte effecta . . . reuertuntur: 1, 18, 6; prope dimidia parte operis a Caesare effecta . . . naues . . . reuertuntur: 1, 27, 1; tertio die

magna iam pars operis Caesaris ⟨-ri *Paul*⟩ processerat: 1, 82, 1; ab legionariis, qui dextram partem operis administrabant: 2, 8, 1; ¶ exitus administrationesque Brundisini portus impedire instituit. quorum operum haec erat ratio: 1, 25, 4; ¶ castra . . . conspicit . . . admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Vtica, altera a theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ⟨substrat. *Na;* substract. *Ofhl*⟩ eius operis maximis: 2, 25, 1.

ε) **abl.; αα):** nona Caesaris legio, cum se obiecisset Pompeianis copiis atque opere ⟨opera *NOhl*⟩, ut demonstrauimus, circummuniret, castra eo loco posuit: 3, 66, 2; montem opere circummunire instituit: 3, 97, 2; — quem (collem) propter magnitudinem circuitus opere circumplecti non potuerant nostri: VII 83, 2; — castra magnis operibus munire . . . instituit: 1, 18, 4; illi eum tumulum . . . magnis operibus muniuerunt ⟨*c*⟩: 1, 47, 4; — se in siluas abdiderunt locum nancti egregie et natura et opere munitum: V 9, 4; locum reperit egregie natura atque opere munitum: V 21, 4; qua . . . fiducia et opere et natura loci munitissima castra expugnari posse confidimus? 2, 31, 2; — omnia enim flumina atque omnes riuos . . . Caesar aut auerterat aut magnis operibus obstruxerat: 3, 49, 4; — Pompeius siue operibus Caesaris permotus siue etiam quod . . . constituerat, aduentu nauium profectionem parare incipit: 1, 27, 2; — aditus duos . . . magnis operibus praemuniuit castellaque his locis posuit: 3, 58, 1.

ββ): quantum opere processerant et castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius: 1, 81, 3; — ut nostri perpetuas munitiones instituebant ⟨*c*⟩, ita illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant. . . . sed illi operibus uincebant: 3, 44, 5.

γγ): turres toto opere circumdedit: VII 72, 4; — (disponere: 1, 21, 3 *u.* ζ) εε) disponere.)

ζ) **c. praep.; αα) ab:** *Afranius ab instituto opere discedit seque in castra recipit: 1, 75, 1; ¶ (cupae) delapsae ab lateribus longuriis furcisque ab opere remouentur: 2, 11, 2.

ββ) **ad:** pluteos ad alia opera abduxerunt: 2, 9, 5; ¶ ad haec rursus opera addendum Caesar putauit: VII 73, 2; ¶ turres . . . omni genere telorum completas ad opera Caesaris adpellebat ⟨-labat *Oae*⟩: 1, 26, 1; ¶¶ cum is (agger) murum hostium paene contingeret et ⟨*c*⟩ Caesar ad opus consuetudine excubaret militesque hortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur: VII 24, 2.

γγ) **cum:** quae (sublicae) pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae uim fluminis exciperent: IV 17, 9.

δδ) **ex:** deducere ex: 2, 13, 1 *u.* γ) relinquere.

εε) **in c. abl.:** meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset: 2, 14, 1; ¶ fundis librilibus sudibusque, quas in opere disposuerant, . . . Gallos ⟨*c*⟩ proterrent: VII 81, 4; ipse in ⟨*e; om. z; Np.*⟩ iis ⟨*c*⟩ operibus, quae facere instituerat, milites disponit: 1, 21, 3; ¶ reliquit in opere cohortes duas: 3, 67, 2.

b) **opus (opera) artificum:** hoc cum in speciem uarietatemque opus (= murus) deforme non est alternis trabibus ac saxis . . ., tum ad utilitatem et defensionem urbium summam habet oportunitatem: VII 23, 5; ¶ sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur ⟨*c*⟩: VII 23, 4; ¶ (habent opinionem) Mineruam operum atque artificiorum initia tradere: VI 17, 2; ¶ Pharus est in insula turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa: 3, 112, 1.

[**Falso:** pecora, quod secundum poterat esse inopiae ⟨in opere *Oz*⟩ subsidium: 1, 48, 6.]

Adiect.: alia: 2, 9, 5; cotidiana: 3, 49, 5; deforme: VII 23, 5; (ipsa: 2, 14, 1;) magnum, -a: *ad Att.* IX 14, 1; — 1, 18, 4; 47, 4; 3, 49, 4; 58, 1; *cf.* **magnopere**; mirifica: 3, 112, 1; nostrum, -a: VII 71, 5 ⟨*c*⟩; — VII 73, 1; omne: IV 17, 9; 18, 1; VII 23, 4; 1, 41, 5; 2, 10, 7; quanto (tanto) opere = quantopere, tantopere; totum: VII 72, 2 ⟨*c*⟩ *et* 4; ¶ multorum dierum: *ad Att.* IX 14, 1.

opus est. A. **abs.:** huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti . . . conlocaret: III 1, 3; sese, cum opus esset, signum proelii daturum et quod rem postulare cognouisset imperaturum: 2, 40, 3.

B. **additur a) nominat.:** si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum uenturum fuisse: I 34, 2; neque quid in quaque parte opus esset prouideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; — quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur: V 40, 5.

b) **abl.; α):** quid mihi, inquit, aut uita aut ciuitate opus est, quam beneficio Caesaris habere uidebor? 3, 18, 4.

β): ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5.

c) (acc. c.) inf.; α): opus esse ipsos ⟨et ipsos β; *Schn.*⟩ antecedere ad confirmandam ciuitatem: VII 54, 1; ¶ maximeque opus esse in conspectum ⟨*e*⟩ exercitus ⟨*ego;* exercitum *z; edd.;* exercitui *Pluyg.; del. Paul*⟩ uenire et conloquendi dare facultatem: 2, 27, 3.

β) intellegend. est (acc. c.) inf.: ut, si quo opus esset, subsidio duci possent: II 8, 5.

ora (maritima). A. regionem significat; a) subi.: (nota est: IV 20, 3 *u.* **e)** praeter.)

b) obi.: deducta Orico legione, quam tuendae orae maritimae causa posuerat: 3, 34, 1.

c) gen.: ne Caesar orae maritimae ciuitates occuparet: 3, 11, 2; ¶ qui (equites) eam partem orae maritimae adseruabant: 3, 28, 6; ¶ deductis orae maritimae praesidiis Caesar . . . III cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit: 3, 39, 1.

d) abl.: si . . . se ⟨*e*⟩ omni maritima ora excludere conaretur: 3, 78, 4; ¶¶ omni ora maritima classem disposuerat: 3, 5, 2.

e) e. praep.: si ab ora maritima Oricoque ⟨*e*⟩ discedere nollet: 3, 78, 6.

ut equitibus per oram maritimam ⟨per ora maritima *Nz*⟩ ab Antonio dispositis aquari prohiberentur: 3, 24, 4.

neque iis ipsis quicquam praeter oram maritimam . . . notum est: IV 20, 3.

B. = qui oram maritimam incolunt: omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta communem legationem . . . mittunt: III 8, 5; — tueri *u.* **A. b)**; ¶ huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum: III 8, 1; — quo proelio bellum Venetorum totiusque orae maritimae confectum est: III 16, 1.

oratio (= uerba, uoces; contio); A. subi.: uidetisne . . . captiuorum orationem cum perfugis conuenire? 2, 39, 3; ¶ legati . . . uenerunt, quorum haec fuit oratio: IV 7, 2; — fuit haec oratio non ingrata Gallis: VII 30, 1; ¶ uideri: VII 77, 2 *u.* **B.** praeterire; 1, 2, 1 *ib.* mittere.

B. obi.: quod facere in eo consuerunt ⟨*e*⟩, cuius orationem adprobant: VII 21, 1; ¶ a Cingetorige atque eius propinquis oratione Indutiomari cognita, quam in concilio habuerat, nuntios ⟨*e*⟩ mittit ⟨*e*⟩: V 57, 2; ¶ (hac habita contione ⟨oratione h^1⟩ non nullos signiferos ignominia notauit: 3, 74, 1;) *u. praeterea* **habeo 2.** *p. 1404 sq. (S loc.);* ¶ quem ⟨*e*⟩ ubi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae uitandae causa omnem tionem ⟨rationem *Ofh*¹⟩ instituisse: 3, 1 ¶ cuius orationem Caesar interpellat: 5; ¶ quorum mediam orationem ⟨ oratione *hl*⟩ interrumpunt subito und tela immissa: 3, 19, 6; ¶ haec Scip oratio . . . ex ipsius ore Pompei mitti batur: 1, 2, 1; ¶ Labienus prodit; s omissa ⟨*sic Madu.;* prodit, summissa *z;* missa *Terpstra;* sed superbissima *Fleis* oratione [loqui] de pace [atque] altercari Vatinio incipit ⟨*u. CC*⟩: 3, 19, 5; ¶ bus his resistitur omnibusque oratio ⟨oe consulis, Scipionis, Catonis opponitur: 1; ¶ percepta oratione ⟨accepta ra β⟩ eorum Caesar obsides imperat: V 1, 8; uariis dictis ⟨*o*⟩ sententiis . . . non p tereunda oratio Critognati uidetur ⟨uid crit. β⟩ propter eius singularem et ⟨*e*⟩ nefa crudelitatem: VII 77, 2; ¶ cuius oratio legati domum referunt: 1, 35, 3.

C. gen.: crudelitas eius (orationis?): 77, 2 *u.* **B.** praeterire; ¶ sed exitus orationis: IV 8, 1; ¶ Caesar initio tionis sua senatusque in eum beneficia com morauit ⟨praedicauit B^2β⟩: I 43, 4.

D. abl.: hac oratione adducti inter se fi et ius iurandum dant: I 3, 8; tum demum scus oratione Caesaris adductus quod ante cuerat proponit: I 17, 1; (VII 37, 6 *u.* deduce — idoneos homines deligebat, quorum quis aut oratione subdola aut amicitia facillime pere posset ⟨*AQ;* capi posset β; posset *El* VII 31, 2; — milites non longiore oratione (*add.* B^2β⟩ cohortatus, quam uti . . . reti rent, . . . signum dedit: II 21, 2; — orati confirmatis: VII 53, 1 *u.* **E.** ad; cuius tione confirmatus Lentulus . . . petit: 1, 22 — celeriter adulescentibus et oratione magist tus et praemio deductis ⟨adductis *Faer* VII 37, 6; — Caesar hac oratione Lisci Dum rigem . . . designari sentiebat: I 18, 1; hos seditiosa atque improba oratione multi dinem deterrere: I 17, 2; — (simili rati ⟨oratione *Paul*⟩ ibi Vercingetorix . . . con catis suis clientibus facile incendit ⟨facere tendit β⟩: VII 4, 1;) — (summissa orati loqui: 3, 19, 5 *u.* **B.** omittere;) — quo oratione per motus Varus . . . profugit: 1, 2; qua oratione permoti milites crebro ei dicentem ⟨*e*⟩ interpellabant: 2, 33, 1; cum eu rioris etiam ordinis non nulli ratione ⟨orati *V.*⟩ permoti . . . rem proelio committend existimarent: 3, 74, 2; — facile hac orati Neruiis persuadet: V 38, 4; — Caesar Ber

cohortatus liberaliterque oratione prosecutus . . . iussit: II 5, 1.

E. c. praep.: hac habita contione et ad extremam orationem ⟨ad extremum oratione β; *Schn.;* oratione *om. Clark.*⟩ confirmatis militibus . . . legiones . . . eduxit: VII 53, 1.

cum uultus Domitii cum oratione non consentiret: 1, 19, 2.

dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem ⟨rationem *f*⟩, non oportere ante . . . ad senatum referri, quam: 1, 2, 2.

Verba atque orationem habere: 2, 18, 5.

Adiect.: extrema: VII 53, 1; improba: I 17, 2; ingrata: VII 30, 1; longior: II 21, 2; media: 3, 19, 6; omnis: 3, 17, 6; seditiosa: I 17, 2; (similis: VII 4, 1;) subdola: VII 31, 2; (submissa: 3, 19, 5.)

orator: hunc illi e naui egressum, cum ad eos oratoris modo Caesaris mandata ⟨ad eos imperatoris mandata *ik; Madu.*⟩ deferret ⟨perferret β⟩, comprehenderant: IV 27, 3.

orbis. A. militum: cum illi (milites) orbe facto sese defenderent: IV 37, 2; ¶ cum quaepiam ⟨*om.* β⟩ cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant: V 35, 1; — iusserunt pronuntiari ⟨*c*⟩, ut impedimenta relinquerent atque in orbem consisterent: V 33, 3.

B. terrarum: cuius consensui ne orbis quidem terrarum possit obsistere: VII 29, 6; ¶ per orbem terrarum fama ac litteris uictoriam eius diei concelebrabant ⟨*c*⟩: 3, 72, 4; cum fama per orbem terrarum percrebuisset: 3, 43, 4.

Orchomenus: Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum ⟨*Ald.;* orcomeneum *x;* orcomeum h^1⟩ uoluntate ipsarum ciuitatium ⟨*c*⟩ recepit: 3, 55, 3.

Orcynia (silua): Hercyniam ⟨*c*⟩ siluam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse uideo, quam illi Orcyniam ⟨orciniam *h; Aim.*⟩ appellant: VI 24, 2.

(**ordeum** *u.* **hordeum.**)

ordinatim: fastigate ⟨fastigato *x*⟩ atque ordinatim structo tecto ⟨*Oud.; om. codd.; u. CC*⟩: 2, 10, 5.

ordo. *Cf. Rüstow p. 5. 6.*

1. propr. = στοῖχος, στίχος; **A. rerum; a) subi.:** huius generis (*i. e.* stipitum) octoni ordines ducti ⟨β; iuncti α⟩ ternos inter se pedes distabant: VII 73, 8; ¶ quini erant ⟨β; *om.* α⟩ ordines (stipitum) coniuncti inter se atque implicati ⟨complic. β⟩: VII 73, 4.

perturbatumque eum nactus nullis custodiis neque (nauium?) ordinibus certis ⟨neque ord. cert. *del. Paul*⟩ . . . onerarias naues . . . in Pomponianam ⟨*c*⟩ classem immisit: 3, 101, 2.

b) obi.: his (trabibus et saxis) conlocatis et coagmentatis ⟨*c*⟩ alius insuper ordo additur: VII 23, 3; ¶ complicare, coniungere: VII 73, 4 *u.* **a)** esse; ¶ ante ⟨*c*⟩ hos ⟨*c*⟩ obliquis ⟨M^2β; obliquos α⟩ ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium ⟨*c*⟩ in altitudinem ⟨*c*⟩ pedum fodiebantur: VII 73, 5; ¶ ducere: VII 73, 8 *u.* **a)** distare; ¶ implicare: VII 73, 4 *ib.* esse; ¶ (iungere: VII 73, 8 *ib.* distare;) ¶ alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant: VII 23, 5.

c) abl.: obliquis ordinibus: VII 73, 5 *u.* **b)** disponere; ¶ obstructis in speciem portis singulis ordinibus caespitum: V 51, 4.

d) c. praep.: asseres enim pedum XII cuspidibus praefixi atque hi maximis ballistis missi per IIII ordines cratium in terra defigebantur: 2, 2, 2.

B. hominum (militum), τάξις; **a) subi.;** α)**:** cum primi ordines hostium transfixi pilis ⟨*c*⟩ concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant: VII 62, 4.

β) **abl. abs.:** paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbauerant: IV 32, 5; — Numidae enim ⟨*c*⟩ quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant: 2, 38, 4.

b) obi.: dat suis signum Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit: 2, 41, 2; ¶ impetum legionum tulerunt et ordines ⟨suos *add. Nhl*⟩ conseruarunt ⟨ordines suos seruarunt?⟩: 3, 93, 2; ¶ ut intra siluas aciem ordinesque constituerant: II 19, 6; ¶ hortari: 2, 41, 2 *u.* circumire; ¶ (cum) priores . . . exaudito clamore perturbatis ordinibus omnes in fuga sibi praesidium ponerent: II 11, 5; (essedarii) ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant: IV 33, 1; impetuque in nostros facto ordines perturbant: V 37, 3; ¶ quod (nostri) neque ordines seruare neque firmiter insistere neque signa subsequi poterant: IV 26, 1; ut (milites illi) . . . audacter locum caperent, ordines suos non magnopere ⟨*c*⟩ seruarent, rari dispersique pugnarent: 1, 44, 1; ipsi autem (nostri) suos ordines ⟨ordine *hl*⟩ seruare neque ab signis discedere . . . censuerant ⟨*c*⟩ oportere: 1, 44, 4; quod . . . conferti (Afraniani) neque ordines neque signa seruarent: 1, 71, 3; sic ne-

que in loco manere ordinesque seruare neque ⟨seruarent. quae af^1⟩ procurrere . . . tutum uidebatur: 2, 41, 6; 3, 93, 2 *u.* conseruare; ¶ transfigere: VII 62, 4 *u.* a) α).

c) c. praep.: Numidae . . . impetum nostrorum effugiebant rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant ⟨*e*⟩ et ab acie excludebant: 2, 41, 6; ¶ nostri fortiter impetum eorum tulerunt celeriterque ad suos quisque ordines rediit ⟨*f; Dt.;* redit *afh; Np., Db.*⟩: 3, 37, 6.

ut . . . acies (aduersariorum) . . distenderetur atque in suis ordinibus dispositi ⟨dispositis a^1⟩ dispersos adorirentur ⟨*e*⟩: 3, 92, 2.

2. trsl.; A. coner.; a) = centuria (inde metonym. etiam ipsos centuriones et locum, quem obtinent centuriones, significat;) α) = centuria; αα) subi.: ut paucis mutatis centurionibus idem ordines manipulique constarent: 2, 28, 1.

ββ) obi.: L. Cotta legatus omnes cohortes ordinesque adhortans . . . uulneratur: V 35, 8; ¶ L. Pupius, primi pili centurio, adducitur, qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompei antea duxerat ⟨ante adduxerat *f*⟩: 1, 13, 4; quod (Septimius) bello praedonum apud eum ordinem duxerat: 3, 104, 3; ¶ (IIII caetratorum cohortes ⟨ordines h^1⟩ in montem . . . mittit: 1, 70, 4.)

γγ) gen.: primorum (omnium) ordinum centuriones *u.* β) ββ).

δδ) c. praep.: hunc ex primo ordine pauci Caesaris consecuti milites consistere coegerunt: 1, 13, 3; — V 44, 1 *u.* β) αα).

β) = locus (gradus), quem obtinent centuriones (Offizierstelle, Charge, Rangclasse); αα) dat.: erant in ea legione fortissimi uiri centuriones, qui primis ⟨iam primis β; primis iam *Fr.*⟩ ordinibus adpropinquarent: V 44, 1; ¶ 1, 77, 2 *u.* γγ) C).

ββ) gen.: conuocato consilio ⟨*e*⟩ omniumque ordinum ad id consilium ⟨*e*⟩ adhibitis centurionibus: I 40, 1; reliquae legiones cum ⟨*e*⟩ tribunis ⟨*e*⟩ militum et primorum ordinum centurionibus ⟨*e*⟩ egerunt: I 41, 3; L. Aurunculeius compluresque tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere agendum . . . existimabant ⟨*e*⟩: V 28, 3; Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet: V 37, 1; legatosque de pace primorum ordinum centuriones ad Caesarem mittunt: 1, 74, 3; ¶ multi undique ex ueteribus Pompei exercitibus spe praemiorum atque ordinum euocantur: 1, 3, 2.

cum superioris etiam ordinis ⟨superiores . . . ordines *mauult Oud.*⟩ non nulli . . . rem proelio committendam existimarent: 3, 74, 2; ¶ Baluentio, qui . . . primum pilum duxerat ⟨*e*⟩, . . femur . . traicitur. Q. Lucanius, eiusdem ordinis, . . . interficitur: V 35, 7.

γγ) c. praep.; A) ab: quem (Scaeuam centurionem) Caesar . . . ab octauis ordinibus ad primipilum ⟨primum pilum *Ald.*⟩ se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5.

B) ex: Q. Fulginius (primus hastatus) . . ., qui propter eximiam uirtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat: 1, 46, 4; ¶ centuriones, quorum non nulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum uirtutis causa in superiores erant ordines huius legionis traducti: VI 40, 7; ¶¶ Fabius Paelignus quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis . . . requirebat: 2, 35, 1.

C) in c. acc.: VI 40, 7 *u.* B); ¶ centuriones in priores ordines ⟨in pr. ord. *Cicc.*; ampliores ordines *x*: ampliori ordini *Lips.*⟩, equites Romanos ⟨tribunos *Vossius*⟩ in tribunicium restituit honorem: 1, 77, 2.

γ) = centuriones; αα) subi.: constare: 2, 28, 1 *(sec. Rüst. p. 5 sq. c) u. α) αα)*; ¶ (existimare: 3, 74, 2 *u.* β) ββ) *extr.*)

cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur: V 30, 1.

ββ) obi.: adhortari: V 35, 8 *(sec. Rüst.) u.* α) ββ); ¶ Labienus noctu ⟨*e*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨coactis β⟩ quid sui sit ⟨*o*⟩ consilii proponit: VI 7, 8.

γγ) gen.: (in castris Curionis magnus omnium ⟨ordinum *H. Schneider*⟩ incessit timor: 2, 29, 1.)

b) = homines eiusdem dignitatis; α): erant complures honesti adulescentes, senatorum filii et ordinis equestris: 1, 51, 3.

β): cum in fanum uentum esset ⟨uenisset *Paul*⟩ adhibitis compluribus ordinis senatorii ⟨*Ohl;* senatorii ordinis *V.; Np., Dt.; af totum h. loc. om.*⟩, quos aduocauerat Scipio: 3, 33, 1; — pauci ordinis senatorii, qui se cum iis ⟨*e*⟩ coniunxerant, nocte fuga salutem petiuerunt: 3, 97, 5; — erant quinque ordinis senatorii, ⟨*Dauis.;* quinquaginta ordines *codd.;* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius: 1, 23, 2; — — placere sibi . . . tabellas dari ad iudicandum iis, qui ordinis essent senatorii: 3, 83, 3; — misso ad uespe-

rum senatu omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio euocantur: 1,3,1.

γ): sic omnium ordinum partes in misericordia constitisse, ipsos duces a pace abhorruisse: 1,85,3.

B. abstr.; a) = *κόσμος, εὐταξία, σύνταξις;* **α) subi.; αα):** erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis libertisque ⟨*e*⟩; sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur: 1,51,2; ¶ sed ratio ordoque agminis aliter se habebat ac Belgae ad Neruios detulerant: II 19,1; ¶ instructo exercitu magis ut . . . necessitas temporis quam ut rei militaris ratio atque ordo postulabat: II 22,1.

ββ): egressi nullo certo ordine neque imperio, cum sibi quisque primum itineris locum peteret . . ., fecerunt, ut: II 11,1; — quod nullo ordine et sine timore iter fecerant: 2, 26,4.

β) abl.: (suos ordines ⟨ordine *hl*⟩ seruare: 1,44,4 *u.* **1. B. b)** seruare.)

γ) **c. praep.:** his . . . amplissimos magistratus mandauerat atque eos extra ordinem ⟨ordines *a corr.*⟩ in senatum legendos curauerat: 3,59,2.

b) = **dignitas** *u.* **A. b) α)** *et* **β); —** superioris ordinis non nulli: 3,74,2 *u.* **A. a) β) ββ)** *extr.*

Adiect.: alius: VII 23,3; amplior(es): 1, 77,2 ⟨*e*⟩; certus, -i: II 11,1; — 3,101,2; equester: 1,51,3; (hic: 1,13,4; idem: V 35, 7; 1,13,4; 2,28,1;) incerti: IV 32,5; inferiores: VI 40,7; 1,46,4; infimi: 2,35,1; (is: 1,3,1;) nullus, -i: II 11,1; 1,51,2; 2,26,4; — 2,38,4; 3,101,2; obliqui: VII 73,5; octaui: 3,53,5; octoni: VII 73,8; omnes: I 40,1; V 35,8; 1,85,3; primus, -i: 1,13,3; — I 41,3; V 28,3; 30,1; 37,1; 44,1; VI 7,8; VII 62,4; 1,74,3; — priores: 1,77,2 ⟨*e*⟩; quattuor: 2,2,2; quini: VII 73,4; (reliqui: VII 62,4;) senatorius: 1,23,2; 3,33,1; 83,3; 97,5; singuli: V 51,4; (sui: VII 23,5; 1,44,1.4; 2,41, 6; 3,37,6; 92,2; 93,2 ⟨*e*⟩;) superior, -ores: 3,74,2; — VI 40,7.

(**Orfius** *u.* **Itfiuius.**)

Orgetorix. *(In cod. A semper* orgentorix *scriptum esse dicit Np., sed errare uidetur.)*

apud Heluetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix: I 2,1; *cf. qu. sqq.* § 1—3; his rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare: I 3,1; [ad eas res conficiendas] Orgetorix [deligitur. is] sibi legationem ad ciuitates suscepit: I 3,3; *cf.* § 4—8; moribus suis Orgetorigem ex uinclis ⟨*e*⟩ causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur: I 4,1; die constituta causae dictionis ⟨*CC*⟩ Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam . . . undique coegit: I 4,2; *cf. qu. sqq.;* cum ciuitas ob eam rem incitata armis ius suum exsequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, . . . quin ipse sibi mortem consciuerit: I 4,3.4; *cf.* 5,1; Dumnorix . . . Heluetiis erat amicus, quod ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat: I 9,3; ibi Orgetorigis filia ⟨filiae $B^2\beta$⟩ atque unus e filiis captus est: I 26,4.

(**Oricius:** si ab ora maritima Oricoque ⟨*Np.;* coriciaque *z;* oriciaque O^1*; Db.;* corcyraque O^2*; V.*⟩ discedere nollet: 3,78,6.)

Oricum. *Cf. Stoffel, Histoire de Jules César I (141;) 345 sq.*

erant ⟨*e*⟩ Orici Lucretius Vespillo ⟨*e*⟩ et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII: 3,7,1; (hoc confecto negotio (Bibulus) a Sasonis ⟨*z;* salonis *recc.; Np., Db.*⟩ ad Curici ⟨*Momms.;* corici *NOafl;* coryci *h;* orici *recc.;* Oricum *Np., Db.*⟩ portum stationes ⟨portus, stationes *Np.; Db.*⟩ litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3,8,4;) (Caesar) expositis militibus eodem die Oricum ⟨orscum *a?hl*⟩ proficiscitur. quo cum uenisset, L. Torquatus, qui iussu Pompei oppido praeerat praesidiumque ibi Parthinorum ⟨*e*⟩ habebat, conatus portis clausis oppidum defendere, cum . . . oppidani . . . sua sponte Caesarem recipere conarentur, . . . portas aperuit et se atque oppidum Caesari dedidit: 3,11,3.4; recepto Caesar Orico nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur: 3,12,1; Pompeius cognitis his rebus, quae erant Orici atque Apolloniae gestae ⟨*e*⟩, Dyrrachio timens . . eo . . . contendit: 3,13,1; (nauis) una . . . delata Oricum ⟨orcum a^1⟩ atque a Bibulo expugnata est: 3,14,2; Bibulus, ut supra demonstratum est, erat ⟨ierat *l; om. a*⟩ *cum* classe ad Oricum: 3,15,1; ipse (Caesar) Oricum reuertitur: 3, 16,2; *cf. qu. sqq.;* Libo profectus ab Orico cum classe . . . nauium L Brundisium uenit: 3,23, 1; Caesar . . . deducta Orico ⟨origo *ah*⟩ legione . . . temptandas sibi prouincias . . . existimabat: 3,34,1; deductis orae maritimae praesidiis Caesar . . . III cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit: 3,39,1; *cf. qu. sqq.;* Cn. Pompeius filius, qui classi Aegyptiae praeerat, ad ⟨*del. Ciacc.*⟩ Oricum uenit: 3,40,1; *cf.* § 2—5; si Apolloniam Oricumque oppugnare et se ⟨*e*⟩

omni maritima ora excludere conaretur (Pompeius): 3, 78, 4; praesidioque Apolloniae cohortibus ⟨cohortium *Nz*⟩ IIII, Lissi I, III Orici relictis . . . iter facere coepit: 3, 78, 5; si ab ora maritima Oricoque ⟨*Np.*; coriciaque *z*; oriciaque O^1; *Db.*; corcyraque O^2; *V.*⟩ discedere nollet (Caesar): 3, 78, 6; testibus se militibus uti posse . . ., quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: 3, 90, 2.

orior. I. Forma: oreretur *αh*, oriretur *Q²a:* VII 28, 6; oreretur *AQBh(?)*, oriretur MA^3B^2a: VI 9, 5; oreretur *α*, oriretur $A^3Q^2M^2β$: V 53, 1; oreretur *hl*, oriretur *af:* 3, 94, 3.

II. Signif.; A. propr.; a) = *ἀνατέλλειν*, **de sole:** quae Cenabi oriente sole gesta essent, ante primam confectam uigiliam in finibus Aruernorum audita sunt: VII 3, 3; ¶ Belgae . . . spectant in *septentriones et orientem solem: I 1, 6; huius lateris alter angulus . . . ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat: V 13, 1; quae ⟨*e*⟩ pars collis ad orientem solem ⟨*om.* β⟩ spectabat: VII 69, 5; ¶ longius delatus aestu ⟨*e*⟩ orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2; ¶ (in fines Lingonum die quarto ⟨orto *Hug*⟩ peruenerunt: I 26, 5.)

b) = *ἄρχεσθαι* **(initium capere), de fluminibus, siluis, finibus:** oritur (Hercynia silua) ab Heluetiorum et Nemetum et Rauracorum ⟨*e*⟩ finibus . . ., pertinet ad fines Dacorum: VI 25, 2; — Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: I 1, 6; ¶ Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: IV 10, 3; — neque quisquam est . . ., qui se aut adisse ⟨*e*⟩ ad initium eius siluae dicat . . . aut quo ex loco oriatur acceperit: VI 25, 4.

c) ortum esse = *γεγονέναι*, **de hominibus (et ciuitatibus):** amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum . . . est: *ap. Suet.* 6; — plerosque Belgas esse ortos a ⟨*e*⟩ Germanis: II 4, 1; ¶ qui omnes fere iis ⟨*CC*⟩ nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt: V 12, 2; ¶ hic summo in Aruernis ortus loco et magnae habitus auctoritatis . . inquit: VII 77, 3.

B. trsl.; a) abs.: clamor oritur *u.* **clamor** *p. 556 sq. (3 loc.);* ¶ (magnaque inter eos exsistit controuersia ⟨controuersia orta est *afik*⟩: V 28, 2;) sed celeriter est inter eos de principatu controuersia orta: 3, 112, 10; ¶ ne qua ⟨*e*⟩ oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur: VI 22, 3; ¶ simul eorum, qui cum impedimentis ueniebant, clamor fremitusque oriebatur: II 24, 3.

b) oriri ab: initium oritur *u.* **initium** *p. 172* **a)** *(3 loc.);* ¶ firmo in Treueris . . . praesidio ⟨*e*⟩ relicto, ne quis ab his subito motus oreretur: VI 9, 5; ¶ hic (timor) primum ortus est a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui: I 39, 2.

c) oriri ex: non ignorans, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent: VII 33, 1; ¶ ueritus, ne qua in castris ex ⟨*om.* β⟩ eorum concursu ⟨concursu eorum β⟩ et misericordia uulgi seditio oreretur: VII 28, 6.

d) oriri alqa re: VII 28, 6 *u.* **c).**

(**oriens:** VII 69, 5 *u.* **orior A. a).**)

ornamentum. A. coner.: pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit: 2, 18, 2.

B. abstr.: amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere: I 44, 5; urbem, quae et ⟨β; *Schn.; om.* α; *rell. edd.*⟩ praesidio et ornamento sit ciuitati ⟨ciuitatis β⟩: VII 15, 4.

ornatus: quorum in aedibus fanisque posita et honori erant et ornatu: *ap. Gell.* IV 16, 8.

orno: quam (ciuitatem) ipse semper aluisset omnibusque rebus ornasset: VII 33, 1; ¶ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2.

ornat(issim)us: circiter CCXX ⟨*e*⟩ naues eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae . . . nostris aduersae constiterunt: III 14, 2.

oro. A. abs.: consolatus rogat, finem orandi ⟨orandi finem *a*⟩ faciat: I 20, 5.

B. oro, ut; a): (se) monere, orare Titurium pro hospitio, ut suae ac militum saluti consulat: V 27, 7.

b): Vbii autem . . . magnopere orabant, ut sibi auxilium ferret, quod grauiter ab Suebis premerentur; uel, si id facere . . . prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: IV 16, 5. 6; (Vbii) petunt atque orant, ut ⟨*om.* β⟩ sibi parcat ⟨parcat sibi β⟩, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant: VI 9, 7; cum legati ad eum uenissent oratum, ut sibi ignosceret suaeque uitae consuleret, . . . iubet: VII 12, 3; legati ad eum principes Haeduorum ueniunt ⟨uenerunt β⟩ oratum, ut maxime necessario tempore ciuitati subueniat: VII 32, 2; hi (Mandubii) . . . flentes omnibus precibus orabant ⟨β; orant *Schn., Db.*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; Domitius ad Pompeium . . . peritos re-

ım . . . mittit, qui petant atque orent, ut subueniat: 1,17,1; cum eo (Lentulus) de e sua *agit*, orat atque obsecrat, ut sibi it: 1,22,3; (hostes) uniuersi se ad pedes iunt; orant, ut aduentus Caesaris exspec- . captam suam urbem uidere; opera per- , turrim subrutam: itaque ab defensione ere: 2,12,2.3 (*Np.* 3.4); illi orant atque rant, ut in Siciliam nauibus reportentur: 1.

oro, ne *u.* **ne** *p. 723 (4 loc.); u. praeterea* I 32,1.

sequitur ne — neue: Segni Condrusi- .. legatos ad Caesarem miserunt oratum, e in hostium numero duceret neue om- Germanorum . . . unam esse causam iu- et: VI 32,1.

sequ. coniunctiuus: IV 16,6 *et* VI 9,7 *u.*).

tus: Caesar summo studio militum ante m solis in castra peruenit: VII 41,5.

A. = στόμα: haec Scipionis oratio . . . sius ore Pompei mitti uidebatur: 1,2,1. = πρόσωπον: modo conscripti atque militaris imperiti ad tribunum militum rionesque ora conuertunt: VI 39,2; ¶ fectus est etiam fortissime pugnans Crasti- . . . gladio in os aduersum coniecto: 1; — L. Cotta legatus omnes cohortes esque adhortans in ⟨*om.* β⟩ aduersum rsus β⟩ os ⟨hos β⟩ funda uulneratur: 8.

censes: interim Oscenses et Calagurri- qui erant cum ⟨cum *del. Ciacc.*⟩ Oscen- contributi, mittunt ad eum legatos sese- mperata facturos pollicentur. hos . . .: 1,

ismi. *Haec forma inuenitur in X* Π *AQ*β III 9,10, *in h* VII 75,4; — ossismi α VII 75,4, *in BM* III 9,10; — (osis- *est in a* VII 75,4.)

m (P. Crassum) cum legione una miserat enetos, Venellos ⟨*e*⟩, Osismos, Coriosо- ⟨*e*⟩, Esuuios ⟨*e*⟩, Aulercos, Redones ⟨*e*⟩, sunt maritimae ciuitates Oceanumque unt: II 34; (Veneti) socios sibi ad id n Osismos, Lexouios, Namnetes, Ambi- ⟨*e*⟩, Morinos, Diablintes ⟨*e*⟩, Menapios scunt: III 9,10; quae (ciuitates) Oceanum unt quaeque eorum consuetudine Aremo- ⟨*e*⟩ appellantur, quo sunt in numero Co- ites, Redones, Ambibarii, Caletes, Osismi, ti *add.* β⟩, † Lemouices ⟨Lexouii *Np.*; Namnetes *Fr.*⟩, Venelli ⟨Veneti, Vnelli ⟩: VII 75,4.

ostendo. A. propr.; a) adsciscit obi.; α): (Litauiccus) ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia una erant: VII 38,9; ¶ (Sotiates) primum equestre proelium commiserunt, deinde . . . subito pedestres copias, quas in conualle in insidiis conlocauerant, ostenderunt: III 20,4; ¶ incerto etiam ⟨*o*⟩ nunc exitu uictoriae . . . (tribuni) post tergum hostium legionem ostenderunt signaque intulerunt: VII 62,6.

β): rarique (hostes) se ostendere . . . coeperunt: V 17,1; (hostes) ex utraque parte eius uallis subito se ⟨*om.* β⟩ ostenderunt: V 32,2; postero die in tres partes distributo equitatu duae se acies ab duobus lateribus ostendunt: VII 67,1; eodemque tempore equitatus ad campestres munitiones accedere et reliquae copiae pro castris sese ostendere coeperunt: VII 83,8; equites . . . repente sese ad nouissimum agmen ostendunt: 1,63,3.

b) adsciscit nom. (acc.?) c. inf.: Trallibus ⟨*e*⟩ in templo Victoriae . . . palma ⟨palmam *Paul*⟩ per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pauimento exstitisse ostendebatur: 3, 105,5.

B. trsl.; sequitur a) obi.: erant hae ⟨*e*⟩ difficultates belli gerendi, quas supra ostendimus: III 10,1; ¶¶ Pompeius eadem illa, quae per Scipionem ostenderat, agit: 1,6,1.

b) acc. c. inf.: rogat, finem orandi faciat; tanti eius apud se gratiam esse ostendit ⟨*del. Ciacc.*⟩, uti: I 20,5; controuersias regum ad populum Romanum et ad se . . . pertinere existimans . . . ostendit sibi placere regem Ptolomaeum atque eius sororem Cleopatram exercitus, quos haberent, dimittere: 3,107,2; ¶ negat se more . . . populi Romani posse iter ulli per prouinciam dare et, si uim facere conentur, prohibiturum ostendit: I 8,3; ea condicione, quae a Caesare ferretur, se usuros ostendebant (legati): IV 11,3.

c) interrog. obl.; α) coni. praes.: quae in eo reprehendat ⟨-dit *M*β⟩ ostendit; . . . proponit: I 20,6; iubet; quid sui consilii sit ostendit: I 21,2; quid ubique habeat frumenti et ⟨*e*⟩ nauium ostendit: 2,20,8. *Cf.* γ).

β) **coni. pf.:** commonefacit . . . et ostendit, quae separatim quisque de eo apud se dixerit: I 19,4.

γ) **coni. impf.:** quaeque in Treueris gererentur ostendit (Cingetorix): V 3,3; regem hortatus est, ut . . . legatos ad Achillam mitteret et quid esset suae uoluntatis ostenderet: 3,109,3; quid fieri uellet (uelit) ostendit *u.* **facio** *p. 1262* 99) *(6 loc.);* legatis tribunisque mili-

tum conuocatis et ⟨*e*⟩ quae ex Voluseno cognouisset ⟨*e*⟩ et quae fieri uellet ostendit: IV 23, 5.

Monstrandi *uerbo Caesar nusquam uidetur usus esse.*

ostentatio. A. propr.: his paucos addit equites, qui latius ⟨cautius β⟩ ostentationis causa uagentur ⟨*e*⟩: VII 45, 3.

B. trsl.: Scipionem eadem spes . . . impellit, . . . simul iudiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in re publica iudiciisque tum plurimum pollebant ⟨metus atque ostentatio sui et potentiae, qua . . . pollebat *Madu.*⟩: 1, 4, 3; ¶ satis ad Gallicam ostentationem minuendam . . . factum existimans in Haeduos mouit castra: VII 53, 3; ¶ Labienus . . . captiuos . . . omnes productos ostentationis, ut uidebatur, causa, quo maior perfugae fides haberetur, . . . interfecit: 3, 71, 4.

ostento. A. propr.: matres familiae . . . suos obtestari et more Gallico passum ⟨sparsum β⟩ capillum ostentare liberosque in conspectum proferre coeperunt: VII 48, 3; ¶ ipsi . . . praesidia custodiasque ad ripas Ligeris disponere equitatumque omnibus locis iniciendi timoris causa ostentare coeperunt: VII 55, 9; ¶¶ addunt etiam de Sabini morte; Ambiorigem ostentant fidei faciundae ⟨*e*⟩ causa: V 41, 4; — quos (Roucillum et Egum) Pompeius . . . omnia sua praesidia circumduxit atque ostentauit: 3, 61, 1.

B. trsl.: ut . . . qui iniquitatem condicionis perspiceret, inani simulatione (Gallos) sese ostentare cognosceret: VII 19, 3; ¶ cum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Do tius urbanam gratiam dignitatemque iacta ⟨proferret *f*⟩: 3, 83, 1.

ostiarium: columnaria, ostiaria, frum tum, milites, arma, remiges, tormenta, u turae imperabantur: 3, 32, 2.

ostium: altera (pars erat) ad portam qua ⟨*e*⟩ est aditus ex Gallia atque Hispa ad id mare, quod adigitur ⟨*Madu.*; adigit adiacet *edd.*⟩ ad ostium Rhodani: 2, 1, 2.

Otacilius *u.* **Crassus** *p. 752.*

otiosus: Pompeius annuum spatium nactus, quod uacuum a bello atque ab h otiosum ⟨uacuus . . . otiosus *Ciacc.*⟩ fuerat: 3, 1.

otium. A. propr.: (erant sententiae, q conandum omnibus modis castraque Vari pugnanda censerent, quod id ⟨*om. codd.*; *Clark.*⟩ huius modi militum consiliis omni ⟨*Clark.*; otium *x*; quod in huiusm. mil. co otium *edd.*⟩ maxime contrarium esse a trarentur: 2, 30, 1.)

B. trsl. = pax: erat in oppido ⟨*e*⟩ mu tudo insolens belli diuturnitate otii: 2, 1; ¶ si qua hominum aequitate res otium deduci posset: 1, 5, 5; id sibi ad p sentem obtinendam libertatem satis esse; reliqui temporis pacem atque otium paru profici: VII 66, 4.

[Falso: qui se illi initio ⟨*Steph.*; in otio ocio) *codd.*⟩ ciuilis belli obtulerant: 3, 1, 5.]

ouum: ex quibus sunt qui piscibus at ⟨qui *add.* β⟩ ouis auium uiuere existim tur: IV 10, 5.

P

P. = Publius. *Plene uidetur scriptum esse* publius *in X* I 52, 7; II 34; III 5, 2; 8, 5; 20, 1; publium *in BM*β, pullium *in AQ* VII 90, 7; publius *in* α, .P. *in a* (β?) III 7, 2; publius *est in* α, *omissum est* (p.) *in* β III 11, 3 *et* VI 38, 1 *et (sed* puplium *in Q)* IV 22, 6; *nota* (p. *uel* P. *uel* p̃.) *uidetur inueniri in X* II 25, 1 **(***et* I 2, 1;**)** *in a (x?)* 2, 23, 1. 3; 34, 2; 36, 2; 3, 1, 1; 19, 2; 51, 1; 89, 2; 101, 1; 102, 7; p. *est in AQ, omissum est in BM*β I 21, 4; p. *in a (f?), omiss. in hl* 1, 23, 2; p. *exstat in h, non exstat in* αa VII 1, 1.

B. alqm (= submouere, repellere, in fugam coicere; a): naues longas . . . constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes propelli ac submoueri iussit: IV 25, 1; Germani una in parte confertis turmis in hostes ⟨*c*⟩ impetum fecerunt eosque propulerunt: VII 80, 6; ¶ Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant ⟨propulerunt *M*⟩, . . . nostros lacessere coeperunt: I 15, 3.

b): (equites) in duas partes sese distribuunt, alii ut praedae praesidio sint, alii ut uenientibus resistant atque eos propellant: 1, 55, 2; ¶ cernebatur . . . uniuersarum cohortium impetu ⟨impetum *x*⟩ nostros propelli, dein rursus conuersos ⟨*c*⟩ insequi: 1, 64, 2; ¶ gladio comminus rem ⟨*o*⟩ gerit Vorenus ⟨*o*⟩ atque uno interfecto reliquos paulum propellit: V 44, 11.

propere: (Labienum legatum pro praetore ⟨legatum propere *Hot.*⟩ cum duabus legionibus . . . summum iugum montis ascendere iubet: I 21, 2;) Faustus Sulla propere ⟨pro praetore *P. Man.*⟩ in Mauretaniam mittatur ⟨mittitur *x*⟩: 1, 6, 3; (paucas cohortes relinquit; † hora X. subsequi pabulatores equitesque ⟨equites propere *Paul*⟩ reuocari iubet: 1, 80, 4.)

propero. A. absol.: Caesar praecepto ⟨*c*⟩ itinere ad Dyrrachium finem properandi facit: 3, 13, 5; his rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse: 3, 78, 2; cum Furnium nostrum tantum uidissem neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui, quin: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; — tantusque terror incidit eius (Pompei) exercitui ⟨*c*⟩, quod properans noctem diei coniunxerat neque iter intermiserat, ut: 3, 13, 2; — hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet: 2, 20, 1.

B. additur a) ad: Pompeius quoque de Caesaris consilio coniectura iudicans ad Scipionem properandum sibi ⟨*om. h*⟩ existimabat . . .: 3, 78, 6.

proinde ad praedam, ad gloriam properate: 2, 39, 3.

b) in: quod (Caesar) in Italiam Illyricumque properabat: II 35, 2.

c) infin.: accidit, ut . . . discederent, quaeque ⟨*c*⟩ quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere properaret: V 33, 6; ¶ cum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum peruenire properaret: II 11, 1; ¶ qui in classe erant, proficisci properabant. horum fuga . . .: 2, 43, 3; ¶ Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Fauonio: 3, 36, 6; ¶ properaret ad se cum exercitu uenire omniaque posthaberet ⟨*c*⟩: 3, 33, 1.

propinquitas. A. propr.; a) subi.: propinquitas castrorum celerem superatis ex fuga receptum dabat: 1, 82, 5; ¶ Gallis autem prouinciarum ⟨prouinciae rom. *Elberl.*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨*c*⟩ largitur: VI 24, 5.

b) obi.: qui (Galli) uitandi aestus causa plerumque siluarum ac ⟨*c*⟩ fluminum petunt propinquitates: VI 30, 3; ¶ ut, qui propinquitatem loci uideret ⟨uiderent β⟩, paratos prope aequo Marte ad dimicandum existimaret ⟨-arent β⟩: VII 19, 3.

(c) gen.: spatio propinquitatis: 2, 16, 3 *u.* **d).)**

d) abl.: ita se a caetratis equitibusque defendunt castrorum propinquitate confisi: 1, 75, 3; ¶ suorumque tormentorum usum ⟨usu *hl*⟩, quibus ipsi magna sperauissent, spatii propinquitate ⟨*Madu.*; spatio propinquitatis *x*; *edd.*⟩ interire . . . intellegunt: 2, 16, 3; ¶ ad haec repetenda inuitati propinquitate superiorum castrorum . . . uallum relinquebant: 3, 76, 2.

castra erant ad bellum ducendum aptissima

natura loci et ⟨*o*⟩ munitione et maris propinquitate et aquae et salis copia: 2, 37, 5.

e) c. praep.: (qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere ⟨et ex propinquitate pugnare *add. B*²β; promouerent, ut ex prop. pugn. *Ciacc.*⟩ possent: II 31, 2.)

haec quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate castrorum ad hostes deferuntur: VI 7, 9.

hi propter propinquitatem et celeritatem ⟨cel. et prop. β⟩ hostium nihil iam Caesaris imperium exspectabant ⟨*e*⟩: II 20, 4; et ipsi (Vbii) propter propinquitatem [quod] Gallicis sunt moribus adsuefacti: IV 3, 3.

B. trsl. (= cognatio): de numero eorum (Belgarum) omnia se habere explorata Remi dicebant, propterea quod propinquitatibus adfinitatibusque coniuncti . . . cognouerint ⟨*e*⟩: II 4, 4.

(propinquo: quae cum nauibus nostris adpropinquassent ⟨*recc.* (?); propinqu. *x*⟩: 3, 24, 2.**)**

propinquus. 1. adiect. A. de loco; a) non additur datiuus: reliquas cohortes VII ⟨in *add. a; Np., Dt.*⟩ castris propinquisque castellis praesidio disposuerat: 3, 88, 4; ¶ quoniam tam propinqua sint castra: VI 40, 2; ¶ colles ac loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare: III 14, 9; ¶ eos accusat, quod . . . tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis ⟨*e*⟩ non subleuetur: I 16, 6; ¶ dimisit ⟨*e*⟩ enim circum omnes propinquas prouincias atque inde auxilia euocauit: 3, 112, 6; ¶ maxime eos, quod erant propinquae ⟨praepingues *Kraff.*⟩ regiones, de re frumentaria ut prouiderent hortatus est: 3, 34, 2.

b) additur datiuus: in Carnutes, Andes, Turones, quaeque ⟨*e*⟩ ciuitates propinquae iis ⟨*e*⟩ locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna ⟨*e*⟩ deductis: II 35, 3; ¶ cum legio Caesaris nona praesidium quoddam occupauisset . . ., huic loco ⟨huic loco *del. Ciacc.*⟩ propinquum et contrarium collem Pompeius occupauit: 3, 45, 2; ¶ erant Menapii propinqui Eburonum finibus: VI 5, 4.

B. de tempore: quod propinqua die aequinoctii infirmis nauibus hiemi nauigationem subiciendam non existimabat: IV 36, 2.

2. ui substant.; A. masc.; a) sing.: his copiis Vercassiuellaunum Aruernum, unum ex quattuor ducibus, propinquum ⟨-qum *B*⟩ Vercingetorigis, praeficiunt: VII 83, 6.

b) plur.; α) subi.; αα): adiungere, cauere: VI 2, 2 *u.* desistere; ¶ comitari: VI 8, 8 *u.* excedere; ¶ confirmare: VI 2, 2 *u.* desistere; ¶ cum pater familiae inlustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt ⟨ueniunt *M*⟩, et de morte si res in suspicionem uenit, de uxoribus in seruilem modum quaestionem habent, et si compertum est, igni ⟨*e*⟩ atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt: VI 19, 3; ¶ decertare: VII 77, 8 *u.* γ); ¶ interfecto Indutiomaro . . . ad eius propinquos a Treueris imperium defertur. illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt. cum a ⟨*e*⟩ proximis impetrare non possent, ulteriores temptant. inuentis non nullis ciuitatibus iure iurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia cauent; Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt: VI 2, 1. 2; ¶ (docere: 1, 5, 1 *u.* γ);) ¶ cum his ⟨*e*⟩ propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos ex ciuitate excesserunt ⟨β; excesserant α⟩: VI 8, 8; ¶ (excruciare,) habere: VI 19, 3 *u.* conuenire; ¶ impetrare: VI 2, 2 *u.* desistere; ¶ interficere: VI 19, 3 *u.* conuenire; ¶ (inuenire: VI 2, 2 *u.* desistere;) ¶ tot hominum milia . . ., quorum salutem neque propinqui neglegere neque ciuitas leui momento aestimare posset: VII 39, 3; ¶ polliceri: VI 2, 1 *u.* desistere; ¶ posse: VI 2, 2 *ib.*; VII 39, 3 *u.* neglegere; ¶ sollicitare, temptare: VI 2, 1. 2 *u.* desistere.

ββ) a c. pass.: et sua sponte multi in disciplinam conueniunt et a parentibus propinquisque mittuntur: VI 14, 2.

β) obiect.: his ⟨*e*⟩ (obsidibus) adductis, in iis filio ⟨filiis β⟩ propinquisque eius omnibus, quos nominatim euocauerat, . . . hortatus . . est: V 4, 2; ¶ cogere: VII 77, 8 *u.* γ); ¶ euocare: V 4, 2 *u.* adducere; ¶ nam ego fratribus atque omnibus meis propinquis interfectis dolore prohibeor quae gesta sunt pronuntiare: VII 38, 3; ¶ non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque (se) reliquisse: I 44, 2.

γ) dat.: nec docendi Caesaris propinquis eius spatium datur: 1, 5, 1; ¶ quid hominum ⟨*e*⟩ milibus LXXX ⟨*e*⟩ uno loco interfectis ⟨quid *add.* β⟩ propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaueribus proelio decertare cogentur? VII 77, 8.

δ) gen.: non enim has aut conspectus pa-

triae aut propinquorum praecepta ad extremum uitae periculum adire cogebant: 2, 7, 1.

ε) **c. praep.; αα) a:** a Cingetorige atque eius propinquis oratione Indutiomari cognita . . . nuntios ⟨*e*⟩ mittit ⟨*e*⟩: V 57, 2; ¶ quibus (clientibus) etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus: *ap. Gell.* V 13, 6.

ββ) **ad:** deferre ad: VI 2, 1 *u.* α) αα) desistere.

γγ) **per:** rex erat Ptolomaeus . . . magnis copiis cum sorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat: 3, 103, 2.

B. femin.: (Dumnorigem) sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias ciuitates conlocasse: I 18, 7.

propior, proximus. I. Forma: proxumus *uidetur exstare in* α *(X?)* VI 35, 5 *et* VII 67, 7; *exstat (secund. Holderi testimonium) in AQB* V 28, 5 *et* VI 8, 6, *in AQ* VI 31, 3, *in B* VI 3, 1 *et* VII 25, 3 *et* VII 68, 2, *in* B^1 I 54, 1; *secund. Np. in AB* VII 3, 2; *reliquis belli Gallici locis (36) in X uidetur inueniri* proximus; *item in bello ciuili omnes codd. uidentur habere* proximus *omnibus (26) locis. — Aduerbium* proxume *scriptum est in BQ* VI 32, 5 *(et* V 24, 4?), *in* B^1 II 19, 3; proxime *in X* (?) I 24, 2 *et* II 8, 5, *in z* 1, 72, 5.

II. Signif.; A. de loco; a) compar.: huc cum cotidiana consuetudine egressae ⟨*e*⟩ pabulatoribus praesidio propiore *ponte* legiones ⟨*sic Np.;* priores legiones *Kran.;* proprio relegiones *a;* proprio legiones *fhl;* [propiore *ponte*] legiones *Db.*⟩ Fabianae duae flumen transissent: 1, 40, 3.

b) superl.; 1. adiect.; α) non additur dat. uel accus.; αα) attribut.: celeriter . . . ignibus significatione facta ex proximis castellis eo concursum est: II 33, 3; cohortes IIII ex proximo castello deducit: VII 87, 4; ut nostri perpetuas munitiones † uidebant perductas ex castellis in proxima castella ⟨*u. CC*⟩: 3, 44, 4; ¶ in proxima Octauii castra inruperunt: 3, 9, 6; ¶ (constituerunt) cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare: I 3, 1; ¶ Caesar suas copias in proximum collem subducit: I 22, 3; copias suas Caesar in proximum collem subducit: I 24, 1; Caesar impedimentis in proximum collem † deductis . . . secutus hostes ⟨*e*⟩ ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2; erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem ⟨*Vascos.;* in oppido Ilerda et proximo colle *z*⟩ . . . planitia ⟨*e*⟩: 1, 43, 1; legio . . . in proximum collem sese recepit: 1, 44, 5; Caesar quoque in proximo colle castra ponit: 1, 65, 5; Curio . . . proximos colles capere uniuersos . . . iubet: 2, 42, 1; ¶ considunt et proximam fossam cratibus integunt: VII 79, 4; ¶ interea et ex proximis hibernis et a Caesare conuentura subsidia: V 28, 5; cum aliquid calamitatis in proximis hibernis esset acceptum: V 29, 1; qui . . . perendino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant: V 30, 3; equites circiter quadringentos ex proximis hibernis cogit ⟨*e*⟩: V 46, 4; ¶ (hostes: II 27, 3 *u.* 2.;) ¶ qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat: I 10, 3; ¶ nullo cum periculo ad proximam legionem peruenturos: V 29, 6; nondum hieme confecta proximis quattuor coactis legionibus . . . in fines Neruiorum contendit: VI 3, 1; ¶ ex alto refugerat adpulsaque ad proximum litus trireme . . . pedibus Hadrumetum *profugerat: 2, 23, 3; ¶ qui proximum locum praesidiorum tenebat: 3, 65, 2; ¶ V milia passuum proxima intercedere ⟨*e*⟩ itineris campestris: 1, 66, 4; ¶ Fabius a proximis militibus circumuentus interficitur: 2, 35, 2; ¶ sese in proximos montes conferunt: 1, 51, 5; ¶ milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; ¶ hos item ex proximis [primis] nauibus cum conspexissent: IV 25, 6; ¶ sua deportabant omnia ⟨*o*⟩ seque in proxima oppida recipiebant: III 12, 3; ¶ altera ex parte Gabalos proximosque pagos Aruernorum in Heluios . . . mittit: VII 64, 6; ¶ quas (cohortes) ex proximis praesidiis deductas fors obtulit: VII 87, 5; ne ex proximis praesidiis succurri posset: 3, 52, 1; ¶ cuius (salis) magna uis iam ex proximis erat salinis eo congesta: 2, 37, 5; ¶ quinque cohortes frumentatum in proximas segetes mittit ⟨*e*⟩: VI 36, 2; ¶ reliqua . . . quaerere praetermittit proximaque respiciens signa Videtisne, inquit, milites: 2, 39, 3; ¶ reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas siluas ⟨silu. prox. *af*⟩ abdiderunt: I 12, 3; in fugam coniecti proximas siluas petierunt ⟨*e*⟩: VI 8, 6; ¶ calones in proximum ⟨primum β⟩ tumulum procurrunt: VI 40, 1.

ββ) **ui praedicati:** et ab iis ⟨*e*⟩, qui cesserant, et ab iis ⟨*e*⟩, qui proximi steterant, circumueniebantur: V 35, 3.

β) **additur αα) datiuus; a):** quae proximae ei loco ex Bruti classe naues erant: 2, 6, 6; ¶ extremum oppidum Allobrogum est proximumque Heluetiorum finibus Genaua ⟨*e*⟩: I 6, 3; ¶ una (pars) erat proxima portui ⟨*e*⟩ naualibusque, altera: 2, 1, 2.

b): proximique (Belgae) sunt Germanis, qui

trans Rhenum incolunt: I 1,4; — qui (Remi) proximi Galliae ex Belgis sunt: II 3,1; — in fines Suessionum, qui proximi Remis erant, exercitum duxit: II 12,1; — cogunt equitum duo milia Sugambri, qui sunt proximi Rheno: VI 35,5; — Labienum legatum in Treueros, qui proximi flumini ⟨*om.* β⟩ Rheno sunt, cum equitatu mittit: III 11,1.

c): qui proximi ⟨hinc proximi β⟩ Oceano ⟨oceanum *ik*⟩ fuerunt, hi ⟨his β; *Np.*⟩ insulis ⟨*e*⟩ sese occultauerunt: VI 31,3.

ββ) accus.: P. Crassus adulescens cum legione septima proximus mare Oceanum ⟨proximus Oceano *Ciacc.*⟩ in ⟨*e*⟩ Andibus *hiemabat: III 7,2; ¶ quos Vbii ⟨*Rhenanus;* ubi *X*⟩ qui proximi Rhenum incolunt, perterritos [senserunt] insecuti magnum ex his numerum occiderunt: I 54,1.

2. ui subst.: ut, cum primi eorum (hostium) cecidissent, proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent: II 27,3; ¶ ubi quae maior . . . incidit res, clamore . . . significant; hunc ⟨*e*⟩ alii deinceps excipiunt et proximis tradunt: VII 3,2; ¶ capit arma a proximis atque in porta consistit: VI 38,2; — cum *a proximis impetrare non possent, ulteriores temptant: VI 2, 2; — — hunc ex proximis unus iacentem transgressus eodem illo munere fungebatur: VII 25,3.

B. de tempore a) praeterito: cuius frater Valetiacus proximo anno eundem magistratum gesserit: VII 32,4; ¶ neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse: I 44,9; ¶ qui (Cotus) controuersiam cum Conuictolitaui proximis comitiis habuerat: VII 67,7; ¶ sed ut superioris temporis contentionem ⟨*e*⟩ nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti omnia ad defensionem parauerant: 2,14,6.

b) futuro: quas legationes Caesar . . . inita proxima aestate ⟨initio proximae aestatis β⟩ ad se reuerti iussit: II 35,2; ¶ doluisse se, quod . . . in urbem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitiis populus iussisset: 1,9,2; fuit controuersia, oporteretne Lucilii ⟨*e*⟩ Hirri . . . proximis comitiis praetoriis absentis rationem haberi: 3,82,5; ¶ proximo die instituto suo Caesar e ⟨*e*⟩ castris utrisque copias suas eduxit: I 50,1; quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur: V 40,5; proximis diebus habetur extra urbem senatus: 1,6,1; proximo ⟨postero *N*⟩ die praesidio in castris relicto uniuersas ad aquam copias educunt: 1,81,4; ¶ proxima nocte *u.* **nox** *p. 840* **e)** *(6 loc.);* ¶ si uterque in contione statim iurauisset se triduo proximo exercitum dimissurum: 3, 10,9.

C. trsl. (= propinqui): nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur, neque clientes sine summa infamia deseri possunt: *ap. Gell.* V 13,6.

propius *u.* **prope.**

propono. A. propr.: erat edictum Pompei nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius prouinciae iuniores . . . iurandi causa conuenirent. sed utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset, . . . an nouis dilectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3,102, 2.3; ¶ oppida incendi oportere, quae non . . . ab omni sint periculo tuta, ne ⟨*e*⟩ suis sint ad detrectandam militiam receptacula neu Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam ⟨*CC*⟩: VII 14,9; ¶ Caesari omnia uno tempore erant agenda: uexillum proponendum, [quod erat insigne cum ad arma concurri oporteret,] . . .: II 20,1.

B. trsl.; a) = ponere, exponere, spem ostendere, promittere: praemium (-a) *u.* **praemium A.** *p. 1170 (4 loc.).*

b) = ante oculos ponere, ostendere: etsi summa difficultas faciendi ⟨*e*⟩ pontis proponebatur: IV 17,2; ¶ quae etsi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc sibi solacii proponebant, quod . . . confidebant ⟨*e*⟩: VII 15,2; ¶ maioremque spem maturitate frumentorum proponi uidebant: 3,49,6.

c) = ad eligendum proponere, optionem dare: sed ex propositis consiliis duobus explicitius ⟨*e*⟩ uidebatur Ilerdam reuerti: 1,78,3.

d) = sibi (animo) proponere, constituere: (erat enim iter a proposito diuersum, contrariamque in ⟨*e*⟩ partem iri uidebatur: 1,69,1;) confecto iusto itinere eius diei, quod proposuerat Caesar, traductoque exercitu . . . consedit: 3,76,1.

consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui cani ⟨*e*⟩ iussit: VII 47,1.

e) = exponere, narrare, commemorare; additur α) obiect.; αα): consilium: 1,78,3 *u.* **c);** ¶ nam fortasse inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi: 3,20,3; ¶ (Vercingetorix) sua in illos merita proponit: VII 71,3; ¶ iniurias inimicorum commemorat. docet . . . . patientiam proponit suam,

cum de exercitibus dimittendis ultro ⟨*e*⟩ postulauisset; . . . acerbitatem inimicorum docet . . .; iniuriam in eripiendis legionibus praedicat, . . . commemorat: 1, 32, 4; ¶ postero die contione habita rem gestam proponit, milites consolatur et confirmat; . . . docet: V 52, 5; ¶ qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Romanorum proponit, . . . docet: III 18, 3; ¶ legati ad Caesarem mittantur, qui uoluntatem senatus ei proponant: 1, 3, 7.

ββ): tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat proponit: I 17, 1.

β) **de alqa re:** non alienum esse uidetur de Galliae Germaniaeque moribus et quo differant hae nationes inter sese proponere: VI 11, 1.

(γ) **pro certo:** id eane de causa, quam legatis pronuntiarunt ⟨*e*⟩, an perfidia adducti fecerint, . . . non uidetur pro certo esse ponendum ⟨β; proponendum α; *Np., Hold., Dt.*²⟩: VII 5, 6.)

δ) **interrog. obl.:** . . . ostendit; quae ipse intellegat, quae ciuitas queratur proponit; monet . . .; dicit: I 20, 6; Labienus noctu ⟨*e*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨*e*⟩ quid sui sit ⟨sit sui β⟩ consilii proponit: VI 7, 8; 11, 1 *u.* β); (VII 5, 6 *u.* γ);) ostendit; in primis monet . . .; quid iniquitas loci habeat incommodi ⟨inc. hab. β⟩ proponit: VII 45, 9.

propositum. A. obl.: habere: 3, 84, 1 *u.* B.; ¶ tali instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: Caesar, *ne* nisi coactus proelium committeret ⟨*e*⟩, ille, ut opera Caesaris impediret: 1, 83, 3; Pompeius interclusus Dyrrachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio edito loco . . . castra communit: 3, 42, 1; commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, castra . . . *muniri iussit: 3, 65, 4.

B. gen.: temptandum *Caesar* existimauit, quidnam Pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicandum haberet: 3, 84, 1.

C. = c. praep.; a) ab: Laelius . . . Corcyra Dyrrachioque aquam suis supportabat neque a proposito deterrebatur: 3, 100, 3; ¶¶ erat enim iter a proposito diuersum, contrariamque in ⟨*e*⟩ partem iri uidebatur: 1, 69, 1.

b) ad: ad propositum reuertar: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A.*

(proprietas: quibus quoniam pro pietate ⟨*Q;* proprietate *ABM*β⟩ satis fecerit, habere nunc se rationem officii: V 27, 7.)

proprius. A. propr.: inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri . . . etiam mediocris est animi: 3, 20, 3; ¶ neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed: VI 22, 2.

B. trsl.; a): hoc proprium uirtutis existimant expulsos ⟨*e*⟩ agris finitimos cedere: VI 23, 2.

b): munitiones . . . ad flumen perductae expugnatis iam castris Pompei propriam ⟨prope iam *recc.; Voss.;* partam iam *Pluyg.*⟩ expeditamque ⟨que *om. NOfhl; Voss.*⟩ Caesaris uictoriam interpellauerunt: 3, 70, 2.

[**Falso:** cum . . . egressae ⟨*Jurinius;* congressae *z*⟩ pabulatoribus praesidio propiore ponte legiones ⟨*sic Np.;* proprio relegiones *a;* proprio legiones *fhl;* [propiore *ponte*] legiones *Db.*⟩ Fabianae duae flumen transissent: 1, 40, 3.]

propter. Conlocatio: quarum propter exiguitatem: IV 1, 10.

(Dumnorigem) fauere et cupere Heluetiis propter eam adfinitatem: I 18, 8; ¶ cum . . . ille minimum propter adulescentiam posset: I 20, 2; ¶ amici regis, qui propter aetatem eius in procuratione ⟨*e*⟩ erant regni: 3, 104, 1; erat in procuratione regni propter aetatem pueri nutricius eius: 3, 108, 1; ¶ propter altitudinem *u.* **altitudo** *p. 244 A. extr. et B. extr. (2 + 3 loc.);* ¶ hos (Vbios) cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis finibus expellere non potuissent: IV 3, 4; ¶ pr. angustias *u.* **angustiae** *p. 261* A. d) *(3 loc.);* ¶ pecora . . . propter bellum finitimae ciuitates longius remouerant: 1, 48, 6; ¶ ne propter bonitatem agrorum Germani . . . in Heluetiorum fines transirent: I 28, 4; ¶ pr. celeritatem: II 20, 4 *u.* pr. propinquitatem; ¶ quod propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi ⟨*o*⟩ fluctus fieri cognouerat: V 1, 2; ¶ non praetereunda oratio Critognati uidetur ⟨*o*⟩ propter eius singularem et ⟨*e*⟩ nefariam crudelitatem: VII 77, 2; ¶ cum neque ui contendere propter inopiam nauium neque clam transire propter custodias Menapiorum possent: IV 4, 4; ¶ quae (prouincia) propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1, 85, 7; ¶ animaduertit suas copias propter exiguitatem non facile diduci ⟨*e*⟩: III 23, 7; pelles . . ., quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta: IV 1, 10; ¶ Rhenumque antiquitus traductos (Belgas) propter loci fertilitatem ibi consedisse: II 4, 1; ¶ commodissimum uisum est C. Valerium Procillum . . . et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariouistus longinqua consue-

tudine utebatur ⟨quorum amicitia iam ⟨*o*⟩ ariouistus longinqua ⟨*c*⟩ consuetudine utebatur, et propter fid. et pr. l. gall. scient. β⟩ et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere et M. ⟨*c*⟩ Metium ⟨*c*⟩: I 47, 4; ¶ nam propter frigora, quod Gallia sub septentrionibus . . . posita est, non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat: I 16, 2; ¶ etsi propter multitudinem et ueterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant: III 24, 2; ¶ pr. grauitatem: IV 3, 4 *u.* pr. amplitudinem; intellectum est nostros propter grauitatem armorum ⟨armaturae β⟩ . . . minus aptos esse ad huius generis hostem: V 16, 1; ¶ culpam in multitudinem contulerunt ⟨*c*⟩ et propter imprudentiam ut ignosceretur petiuerunt: IV 27, 4; ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur: V 3, 6; ¶ qui ⟨*c*⟩ propter ueteres inimicitias nullo modo cum Haeduis coniungi poterant: VI 12, 7; ¶ quod ⟨*c*⟩ propter iniquitatem loci . . . ne primum quidem posse ⟨*o*⟩ impetum suum sustineri existimabant: III 2, 4; ne paruum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci accideret ⟨*c*⟩: VII 52, 2; ¶ pr. inopiam *u.* **inopia** *p. 178 sq. (5 loc.);* ¶ pr. inscientiam *u.* **inscientia** *p. 182* **A.** *et* **C.** *(3 loc.);* ¶ ad hunc propter iustitiam prudentiamque summam ⟨β; *Hold., Dt.²;* suam α; *rell. edd.*⟩ totius belli ⟨summam *add.* α; *edd. plur.*⟩ omnium uoluntate deferri: II 4, 7; ¶ id (oppidum) ex itinere oppugnare conatus . . . propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; etsi summa difficultas faciendi ⟨*c*⟩ pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2; ¶ nihil se propter inscientiam leuitatemque ⟨et leuitatem β⟩ uulgi grauius de ciuitate iudicare neque de sua in Haeduos beneuolentia deminuere: VII 43, 4; ¶ ipsum esse Dumnorigem, . . . magna apud plebem propter liberalitatem gratia: I 18, 3; ¶ cum ⟨*c*⟩ propter longitudinem agminis minus ⟨*c*⟩ facile ⟨*c*⟩ omnia ⟨*o*⟩ per se obire et . . . prouidere possent: V 33, 3; ¶ pr. magnitudinem *u.* **magnitudo** *p. 516 (5 loc.);* ¶ cui rei propter animi mollitiem studere omnes uideret, quod diutius laborem ferre non possent: VII 20, 5; ¶ cum constituisset ⟨*c*⟩ hiemare ⟨hiemem β⟩ in continenti propter repentinos Galliae motus ⟨agere *add.* β⟩: V 22, 4; ¶ pr. multitudinem *u.* **multitudo** *p. 650* **3)** *(3 loc.);* ¶ coniectans eum (Pompeium) **in* Aegyptum iter habere propter necessitudines regni ⟨regum *Pluyg.*⟩ reliquasque eius loci oportunitates: 3, 106, 1; ¶ tabulae testamenti . . . cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae: 3, 108, 4; ¶ impeditis hostibus propter ea quae ferebant onera subito . . . eruptionem fieri iubet: III 19, 2; ¶ Caesar primo et propter multitudinem hostium et propter eximiam opinionem uirtutis proelio supersedere statuit: II 8, 1; ¶ constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam propter ipsius loci oportunitatem gerere: 1, 38, 4; 3, 106, 1 *u.* pr. necessitudines; ¶ mulieres . . . in eum locum coniecisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset: II 16, 5; ¶ pr. paucitatem *u.* **paucitas** *p. 1024 sq. (5 loc.);* ¶ hi propter propinquitatem et celeritatem ⟨cel. et prop. β⟩ hostium nihil iam Caesaris imperium exspectabant ⟨*c*⟩: II 20, 4; ipsi propter propinquitatem [quod] Gallicis sunt moribus adsuefacti: IV 3, 3; ¶ pr. prudentiam: II 4, 7 *u.* pr. iustitiam; ¶ pr. rapiditatem: IV 17, 2 *u.* pr. latitudinem; ¶ pr. scientiam: I 47, 4 *u.* pr. fidem; qui prope confectus aetate tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus ⟨*CC*⟩: VII 57, 3; ¶ cum et propter uulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent: I 26, 5; ¶ cum propter siccitates ⟨siccitatem β⟩ paludum quo se reciperent non haberent: IV 38, 2; quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius prouenerat: V 24, 1; ¶ neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat: IV 22, 2; id propter anni tempus longum atque impeditum uidebatur: 1, 29, 2; ¶ submotis sub murum cohortibus ac non nulla parte propter terrorem in oppidum compulsis facilis est nostris receptus datus: 1, 46, 2; L. Nasidius . . . adpulsis . . Messanam nauibus atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta ex naualibus eorum nauem ⟨*c*⟩ deducit: 2, 3, 2; ¶ non fore dicto audientes milites neque propter timorem signa laturos: I 39, 7; qui omnes discessu Curionis multique praeterea per simulationem uulnerum ex castris in oppidum propter timorem sese recipiunt: 2, 35, 6; (adplicatisque nostris ad terram nauibus ⟨circiter XL *h. l. add. Np., Dt.*⟩ [propter eundem timorem *add. codd.; Np., Db., Dt.; del. Hoffm.; Kran.*] pari atque antea ratione [egerunt. cas-

sius] secundum nactus uentum . . . naues . . . immisit: 3, 101, 5;) ¶ huic legioni Caesar et indulserat ⟨huic caesar leg. induls. β⟩ praecipue et propter uirtutem confidebat maxime: I 40, 15; qui (Fulginius) propter eximiam uirtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat: 1, 46, 4; hi propter uirtutem non solum apud Caesarem in honore erant, sed etiam apud exercitum cari habebantur: 3, 59, 3; ¶ pr. uulnera: I 26, 5 *u.* pr. sepulturam.

Repetita est praepositio *his locis:* et propter . . . et propter: I 26, 5; 47, 4; II 8, 1; (neque propter . . . neque propter: IV 4, 4;) ¶ **non repetita est:** propter . . . atque: III 13, 6; propter . . . et: II 20, 4; VII 43, 4 ⟨*c*⟩; — (propter . . . que: II 4, 7; 12, 2; III 9, 4; IV 3, 4; VI 24, 1; VII 43, 4 ⟨*c*⟩; 3, 106, 1;) propter . . . et . . . que: III 24, 2; (propter . . — . . que: IV 17, 2.)

Respondet *praepositioni* propter *coniunctio* quod: I 47, 4; III 13, 6; 1, 45, 6.

propterea. A. propterea quod: horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate prouinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque . . . important proximique sunt Germanis: I 1, 3; perfacile factu ⟨*c*⟩ esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae ciuitatis imperium obtenturus esset: I 3, 6; alterum (iter erat) per prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Heluetiorum et Allobrogum . . . Rhodanus fluit isque non nullis locis uado transitur: I 6, 2; sibi esse in animo . . . iter per prouinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: I 7, 3; (Dumnorigem) complures annos portoria reliquaque omnia Haeduorum uectigalia paruo pretio redempta habere, propterea quod illo licente ⟨*c*⟩ contra liceri ⟨*c*⟩ audeat nemo: I 18, 3; scire se illa esse uera, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset, per se creuisset: I 20, 2; ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod pro uallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros uenientes tela coiciebant et . . . uulnerabant: I 26, 3; tametsi ⟨*c*⟩ pro ueteribus Heluetiorum iniuriis populi Rom. ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Rom. accidisse, propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Heluetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur . . .: I 30, (2.) 3; non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti ea, quae uellent, impetrarent, propterea quod, si enuntiatum esset, summum in cruciatum se uenturos uiderent: I 31, 2; peius uictoribus Sequanis quam Haeduis uictis accidisse, propterea quod Ariouistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani . . . occupauisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum XXIIII ad eum uenissent, quibus locus ac sedes pararentur: I 31, 10; hoc esse miseriorem . . . fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent absentisque Ariouisti crudelitatem uelut si coram adesset horrerent, propterea quod reliquis tamen ⟨*c*⟩ fugae facultas daretur, Sequanis uero, qui intra fines suos Ariouistum recepissent, . . . omnes cruciatus essent perferendi: I 32, (4.) 5; idque (oppidum) natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Dubis ⟨*c*⟩ ut circino circumductum paene totum oppidum cingit, reliquum spatium . . ., qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine . . .: I 38, 4. (5. 6); ex quo iudicari posse ⟨*c*⟩, quantum haberet in se boni constantia, propterea quod quos aliquamdiu inermes ⟨*c*⟩ sine causa timuissent, hos postea armatos ac uictores superassent: I 40, 6; de numero eorum omnia se habere explorata Remi dicebant, propterea quod propinquitatibus adfinitatibusque coniuncti quantam quisque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus sit ⟨esset β⟩, cognouerint ⟨-uerant β⟩: II 4, 4; cuniculis . . . actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae secturaeque ⟨*CC*⟩ sunt: III 21, 3; (Vbii) paulo [quam] sunt eiusdem generis [et] ceteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt multumque ad eos mercatores uentitant et ipsi propter propinquitatem [quod] Gallicis sunt moribus adsuefacti: IV 3, 3; intellectum est . . . equites . . magno cum periculo proelio ⟨*c*⟩ dimicare, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent et . . . ex essedis desilirent et pedibus dispari proelio contenderent ⟨*u. CC*⟩: V 16, 2; id silentio noctis conati non magna iactura suorum sese ⟨*c*⟩ effecturos sperabant ⟨*c*⟩, propterea quod neque longe ab oppido castra Vercingetorigis ⟨*c*⟩ aberant ⟨*c*⟩ et palus . . . Romanos ad insequen-

dum tardabat: VII 26, 2; summam ⟨*e*⟩ *suam* esse . . . uoluntatem, ut componeretur ⟨*e*⟩ . . ., sed potestatem eius rei nullam habere, propterea quod de consilii sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint: 3, 16, 4; quod nobis quidem nulla ratione factum a Pompeio uidetur ⟨*e*⟩, propterea quod est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae incenditur. hanc . . .: 3, 92, 3.

B. propterea . . . quod: eo autem frumento, quod flumine Arari ⟨*e*⟩ nauibus subuexerat, propterea uti minus poterat, quod iter ab Arari Heluetii auerterant, a quibus discedere nolebat: I 16, 3.

propugnator: nec prius ille est a propugnatoribus uacuus relictus locus, quam . . . finis est pugnandi factus: VII 25, 4; ¶ ut . . . ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos adlisa interficeretur, pars ab nostris detraheretur ⟨*e*⟩; quos omnes conseruatos Caesar domum remisit: 3, 27, 2.

propugno. A. abs.: quorum aduentu et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit et: II 7, 2; — nostri ⟨*om. AQ*⟩ primo integris uiribus fortiter repugnare ⟨propugnare β⟩ neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere: III 4, 2; neque erat facile nostris uno tempore propugnare et munire: 3, 45, 3.

B. additur, unde propugnetur; a) ex: ipsi (hostes) ex siluis rari propugnabant nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant: V 9, 6; — cum . . . illi castra defenderent fortissime[que] T. Pulione ⟨*e*⟩, cuius opera proditum exercitum C. Antonii demonstrauimus, e ⟨eo *f*⟩ loco propugnante: 3, 67, 5; — multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant: VII 86, 5.

b) hinc: huc se referebant; hinc, si qua maior oppresserat uis, propugnabant ⟨referebant, si qua maior oppr. uis; hinc propugn. *Paul*⟩; hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant: 2, 8, 2.

propulso. A.: Caesar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit: I 49, 4.

B.: quod fere ⟨*o*⟩ ante Caesaris aduentum quotannis accidere solebat, uti aut ipsi iniurias inferrent aut inlatas propulsarent: VI 15, 1.

prora: ipsorum naues ad hunc modum factae armataeque erant: . . . prorae admodum erectae atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatumque adcommodatae: III 13, (1.) 2.

proripio: ubi Caesaris castra posita . . . animum aduerterunt, sese subito proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei et . . . iter facere incipiunt: 1, 80, 3; cum hostes urbis direptione perterriti inermes cum infulis se ⟨infulsisse *af*⟩ porta foras uniuersi proripiunt, ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt: 2, 11, 4 (12, 1 *Np.*); interiectisque aliquot diebus nostris languentibus atque animo remissis subito meridiano tempore . . . portis se ⟨*del. Apitz; Dt.*⟩ foras † rumpunt ⟨erumpunt *recc.; edd.*; proripiunt *coni. Dt.*⟩: 2, 14, 1.

(prorumpo: nauigio remis incitato (funes) praerumpebantur ⟨prorump. β⟩: III 14, 6; 26, 3 *u.* **proruo.)**

proruo: atque his ⟨iis *A*⟩ (munitionibus) prorutis ⟨*Faern.*; proruptis *X*⟩ prius in hostium castris constiterunt, quam: III 26, 3; cum esset animaduersum coniunctam ⟨coniuncta *Nx*⟩ esse flumini (munitionem), prorutis ⟨*Ciacc.*; prout his *afl*; prout is *h*⟩ munitionibus defendente nullo transcenderunt: 3, 68, 3; ¶ dextrum cornu, quod erat a sinistro seclusum, . . . ea parte, quam proruerat ⟨*Np.*; *sed* ea parte *iam Dauis.*, quam proruerat *iam Ciacc. coniec.*; ex parte qua (quam *Ohl*) proruebat *codd.*⟩, sese recipiebat: 3, 69, 3.

prosequor. A. propr.; a) animo beneuolo: haec cum dixisset (Crastinus), primus ex dextro cornu procucurrit atque eum electi milites circiter CXX uoluntarii ⟨uoluntariae *hl*; uoluntarie *N*⟩ eiusdem centuriae sunt prosecuti: 3, 91, 3; ¶ ipse (Iuba) equo in oppidum uectus prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius et Licinius Damasippus, . . . imperauit: 2, 44, 3.

b) animo infesto: α) non additur longius: hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant: 2, 8, 2; ¶ hi nouissimos adorti et multa milia passuum prosecuti magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt ⟨*u. CC*⟩: II 11, 4.

β) additur longius *u.* **longe** *p. 499* **β)** *(5 loc.).*

B. trsl.: Caesar Remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus omnem senatum ad se conuenire . . . iussit: II 5, 1.

primo Afraniani milites uisendi causa laeti ex castris procurrebant contumeliosisque uocibus prosequebantur ⟨perseq. *f*⟩ nostros ⟨*Morus*; *Db.*; nos nec *h*; nec *afl*; nos

O; del. Ald.; Np., Dt.⟩: necessarii uictus inopia coactos fugere atque ad Ilerdam reuerti: 1, 69, 1.

prospectus. **A.**: prospectu tenebris adempto multa utrimque uulnera accipiuntur: VII 81, 5; — cum . . . saepibus . . densissimis . . . interiectis prospectus impediretur ⟨*u. CC*⟩: II 22, 1.

B.: iis ⟨*c*⟩ aliquantum itineris progressis, cum iam extremi essent in prospectu, equites a Q. Atrio . . . uenerunt: V 10, 2.

prospicio. **A. propr.**: facile erat ex castris C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem, ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa . . . adirent et . . . uictoriam ab dis exposcerent: 2, 5, 3.

(ipsi profecti a palude ⟨β; prospecta palude α; proiecta pal. *Np.; u. CC*⟩ . . . contra Labieni castra considunt: VII 58, 6.)

B. trsl.; a) c. dat.: postridie eius diei . . . rei frumentariae prospiciendum existimauit: I 23, 1; ¶ quoniam, inquit, me una uobiscum seruare non possum, uestrae quidem certe uitae prospiciam: VII 50, 4.

b) ne: statuebat, quod longius eius amentiam progredi uidebat, prospiciendum ⟨*Q*β; perspiciendum *ABM*⟩, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset: V 7, 2.

prosterno: nolite . . . stultitia ac temeritate uestra aut animi ⟨*o*⟩ imbecillitate omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨*c*⟩: VII 77, 9.

prosum: qui in iugo constiterant ⟨*c*⟩ . . . neque in eo quod probauerant consilio permanere . . . neque eam, quam prodesse ⟨profuisse β⟩ aliis uim celeritatemque uiderant, imitari potuerunt ⟨*c*⟩: VI 40, 6.

protego. **A. propr.**: has (rates) terra atque aggere integebat . . .; a fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat: 1, 25, 9; ¶ in castris Pompei uidere licuit . . . Lentuli et non nullorum tabernacula protecta hedera: 3, 96, 1.

B. trsl. (= tueri); a) alqm: ut . . . omnis quidem instructus exercitus telis ex uallo abiectis ⟨*c*⟩ protegi posset: 3, 56, 2; ¶ ipsi (hostes) profecti a palude ⟨β; prospecta palude α; protecti pal. *Ciacc.*⟩ ad ⟨*c*⟩ ripas ⟨ac ripis *Ciacc.*⟩ Sequanae . . . contra Labieni castra considunt: VII 58, 6.)

quod ex locis superioribus qui antecesserant suos ascendentes protegebant: 1, 79, 2; ¶ Pulio . . . unum ex multitudine procurrentem traicit; quo percusso et ⟨*c*⟩ exanimato hunc scutis protegunt hostes, in illum uniuersi tela ⟨β; protegunt, in hostem tela uniuersi α; *edd.*⟩ coiciunt: V 44, 6.

b) alqd ab alqa re: edito loco, qui appellatur Petra aditumque habet nauibus mediocrem atque eas a quibusdam protegit uentis: 3, 42, 1.

protero: equitatus hostium ab utroque cornu circumire aciem nostram et auersos ⟨aduersos O^1af⟩ proterere incipit: 2, 41, 5.

proterreo: praecipit atque interdicit, proterritis ⟨perterritis M^2β⟩ hostibus atque in fugam coniectis . . . unum omnes petant ⟨*c*⟩ Indutiomarum: V 58, 4; ¶ nostri . . . fundis librilibus sudibusque, quas in opere disposuerant, ac ⟨β; *om.* α; *Fr.*⟩ glandibus Gallos ⟨β; gallos glandibus α; gallos grandibus *pr. edd.; Fr.*⟩ proterrent ⟨pert. *pr. edd.*⟩: VII 81, 4.

protinus: coepisse: VII 68, 1 *u.* facere; ¶ equites interueniunt protinusque eodem illo quo uenerant cursu . . . in castra inrumpere conantur: VI 37, 1; ¶ Pompeius . . . acie excessit protinusque se in castra equo contulit et . . . inquit: 3, 94, 5; ¶ locum reliquerunt protinusque omnes . . . in altissimos montes . . . confugerunt: 3, 95, 4; ¶ hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt: II 9, 3; ac non nulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt: 2, 35, 4; Pompeius . . . se ex castris eiecit protinusque equo citato Larisam contendit: 3, 96, 3; ¶ ex hac fuga protinus quae undique conuenerant auxilia discesserunt V 17, 5; ¶ Vercingetorix copias ⟨*c*⟩ . . . reduxit protinusque Alesiam . . . iter facere coepit celeriterque . . .: VII 68, 1; fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga: VII 88, 5; ¶ inrumpere: VI 37, 1 *u.* conari; ¶ Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat ⟨*u. CC*⟩: 1, 25, 2; ¶ ad Auximum . . . amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam peruenerat: 1, 31, 2; ¶ ut . . . omnes . . conuersi non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent: 3, 93, 5; ¶ tantus repente terror inuasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium uenisset . . ., protinus aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret: 1, 14, 1; ¶ eundem, cum Siciliam recepisset, protinus in Africam traducere exercitum iubet: 1, 30, 2.

(**protraho**: ut, si peracto ⟨protracto *Hell.*⟩ consulatu ⟨*c*⟩ Caesaris non ⟨*c*⟩ profectus ⟨*c*⟩ esset: 1, 11, 2.)

proturbo: his (equitibus) facile pulsis ac proturbatis ⟨α; perturbatis B^2β⟩ incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt: II 19, 7; ¶ (Galli) subito clamore sublato . . . fundis, sagittis, lapidibus nostros de uallo proturbare ⟨pert. *Ma*⟩ reliquaque . . . parant ⟨*c*⟩ administrare: VII 81, 2.

prouehor. A. propr.: naues soluit, et leni Africo prouectus ⟨profectus *recc.*⟩ media circiter nocte uento intermisso cursum non tenuit: V 8, 2; — (interim L. Nasidius . . . freto Siciliae imprudente atque inopinante Curione peruehitur ⟨proueh. *Dederich*⟩: 2, 3, 1;) ¶ sed serius a terra prouectae ⟨prof. *b*⟩ naues neque usae nocturna aura in redeundo offenderunt: 3, 8, 2; — quae tamen (naues) ancoris iactis cum fluctibus complerentur, necessario aduersa nocte in altum prouectae continentem petierunt ⟨*c*⟩: IV 28, 3.

(**B. trsl.:** ab hoc profectus ⟨prouectus *Grut.*⟩ initio, ne frustra ingressus turpem causam uideretur, legem promulgauit, ut: 3, 20, 4.)

prouenio: quod eo anno frumentum in ⟨*c*⟩ Gallia ⟨in Gallia *om. Flod.*⟩ propter siccitates angustius prouenerat: V 24, 1.

prouentus: multum ad hanc rem probandam adiuuat adulescentia, magnitudo animi, superioris temporis ⟨*recc.*; superioris animi, temporis *NO*^{1}*z*⟩ prouentus, fiducia rei bene gerendae: 2, 38, 2; ¶ errare, si qui in bello omnes secundos rerum prouentus exspectent: VII 29, 3; omnes milites intenti ⟨omnium militum int. animi β; *Schn.*⟩ pugnae prouentum ⟨pr. pugn. β; pugnae euentum *pr. edd.*⟩ exspectabant: VII 80, 2.

prouideo. A. = praesentire, ante uidere; a) additur obl.; α): conspicataeque naues ⟨*c*⟩ triremes ⟨*c*⟩ duae nauem D. Bruti . . . sese in eam *incitauerunt. sed tantum re prouisa Brutus celeritate nauis enisus est, ut paruo momento antecederet: 2, 6, 4.

β): id (frumentum) erat perexiguum cum ipsius agri natura . . ., tum ⟨*c*⟩ quod Pompeius haec prouiderat ⟨*Ald.*; prouidebat *z*⟩ et . . . frumentum . . omne . . . comportarat: 3, 42, 5; ¶ (nihil: V 33, 1 *u.* **B. a) α) ββ);**) ¶ plusque animo prouidere et praesentire (Vercingetorix) existimabatur, quod . . . censuerat: VII 30, 2; ¶ quantum: VII 16, 3 *u.* **B. b).**

b) additur acc. c. inf.: orat, ne patiatur ciuitatem . . . deficere, quod futurum prouideat ⟨*BM*; prouiderat *AQ*β⟩, si: VII 39, 3; quibus ad sequendum impeditis, quod fore prouiderat, Caesar ⟨*ego*; imp. Caesar, quod fore prouid. *z*; *edd.*⟩ meridiano fere tempore . . . exercitum educit: 3, 76, 3.

c) additur interrog. obl. *u.* **B. a) δ).**

B. = prospicere, consulere, curare, comparare; a) additur α) obl.; αα) subst.: frumentum *u.* **frumentum** *p. 1339 (3 loc.)*; ¶ ad hos omnes casus prouisa erant ⟨er. prou. β⟩ praesidia cohortium duarum et uiginti: VII 65, 1; ¶ re frumentaria comparata ⟨prouisa β⟩ castra mouet: II 2, 6; itaque re frumentaria prouisa, auxiliis equitatuque comparato, multis praeterea uiris fortibus . . . euocatis . . . exercitum introduxit: III 20, 2; Labieno . . . relicto, ut portus tueretur et rem frumentariam ⟨*M*; re frumentaria *AQB*; rei frumentariae β; *Aldus*; *Schn.*; re frumentariae *Hold.*; de re frum. *Vielh.*⟩ prouideret: V 8, 1; his cognitis rebus rem frumentariam prouidet, castris idoneum locum deligit: VI 10, 2.

ββ): (Veneti reliquaeque item ciuitates) bellum parare et maxime ea, quae ad usum nauium pertinent, prouidere instituunt: III 9, 3; ¶ tum demum Titurius, ⟨ut *add.* β⟩ qui nihil ante prouidisset, trepidare et concursare: V 33, 1; nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1, 85, 7; ¶ (quantum: VI 34, 7 *et* VII 16, 3 *u.* **b).**)

β) dat.ius: inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab iis ⟨his *X*⟩ erat prouisum: III 18, 6; — rei frumentariae: V 8, 1 *u.* **α) αα)** rem frument.

γ) de alqa re *u.* **de** *p. 817 (2 (3) loc.)*.

δ) interrog. obl.: neque quid in quaque parte opus esset prouideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; cum ⟨*c*⟩ propter longitudinem agminis minus ⟨*c*⟩ facile ⟨*c*⟩ omnia ⟨*o*⟩ per se obire et quid quoque loco faciendum esset prouidere ⟨scire β⟩ possent (Sabinus et Cotta): V 33, 3; neque quo signa ferantur neque quam in partem quisque conueniat prouident: VI 37, 6.

ε) ne: quem (exercitum) turpiter se ex fuga ⟨*c*⟩ recipientem ne qua ciuitas suis finibus recipiat a me prouisum est: VII 20, 12; (ut nostri perpetuas munitiones † uidebant ⟨perpetua munitione prouidebant *Koch*; *Db.*⟩ perductas ex castellis in proxima castella ⟨[perducta ex c. in pr. cast.] *Koch*; *Db.*⟩, ne quo ⟨neque *z*⟩ loco erumperent Pompeiani ac nostros post tergum adorirentur [timebant], ita illi: 3, 44, 4.

b) absol.: ut in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouide-

batur: VI 34, 7; etsi quantum ratione prouideri poterat ab nostris occurrebatur: VII 16, 3.

prouincia. **I. Forma:** *In codd. non nullis interdum scriptum est* prouintia.

